PROMPTVARIVM
SINGVLÆ VACVATIONIS
Cacochymiæ rectè administrandæ.

IN QVO

DE MORBI MAGNITVDINE CACOCHYMA vrgente, per se cacochymiæ sublationem sua natura exoptante, tractatur.

IDCIRCO GENERA ET SPECIES TVM MORBI MAGNITVDINIS cacochymæ, tum purgationis cacochymiæ exactè diluuntur.

Hinc mensura, modus, locus, ac tempus eductionis humorum declarantur.


Quocirca omnis Controuersia, quæ in quocunque euentu difficillimo Medico occurrere potest, de cacochymiæ eductione, rectè executioni mandanda, inuenitur, & conciliatur.

Cuncta Hippocratis, & Galeni maximè autoritatibus, decretis, rationibus, experimentis, ac exemplis ad verbum expressis illustrata: & in duos diuisa libros, atque explanata.

Cum Indice locupletissimo, & vtilissimo.

AVTORE VALERIO MARTINIO VENETO,
Philosopho, & Medico.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XXVIII.

Apud Io. Baptistam Combum.



PROMPTVARII
SINGVLÆ VACVATIONIS
Cacochymiæ rectè adminiſtrandæ
OMNIVM RERVM NOTABILIVM
INDEX AMPLISSIMVS, ET VTILISSIMVS.



A


Bſynthij cremor ſua amaritudine bilem à ventriculo euacuat, & ventriculum roborat. 59.b
Aluus ſubducitur tantum ab acre, vel mordaci, ſalſo, vel nitroſo expultricem irritante facultatem. 65.c non autem alio modo.
Alui fluor in quo blandè purgandum, & in quo nihil purgandum. 42.a.& b
Aluo fluente non eſt purgandum. 42.b
Alui fluor vomitu eripitur. 48.c
Alui fluor vide fluorem alui.
Animo delinquentes facilè, non ſunt purgandi. 41.a
Ars medica in duas ſecatur partes ab Hipp. 1.a
Aſpectum ferocem, & obliquè uidentes fortiter purgandi qui non ſunt. 41.a
Aſthmatici ſpirituoſi ab Hipp. vocati exactè, ſeu vehementer purgandi non ſunt. 39.a
Attractionis cauſa vel calor eſt, vel dolor, vel ingens reſiccatio 50.c.& d.& 51.a.& b. vel inedia 51.c. eſt.
Atra bilis vires, prauitas, natura qualitates, & ſymptoma. 64.b
In augmento febris quando exhibendum lene leniens. 64.d
Augumentum morbi cum vrina ſignis concoctionis manifeſtæ incipit, qua concoctio manifeſta eſt media inter debilem, & perfectam concoctionem repoſita, 30.d.& in quarto die incipit manifeſtiſſimè. ibid.
In augumento febris mali moris, ad ventriculi regionē, pro tota depuranda ſanguinea maſſa, tanquam ad terminum euacuationis totius corporis, per quē facilius putridum craſſius cinerulentum educitur putridum id tranſmiſſum, ſi non euacuetur, & partim contemperetur, tunc morbus deterior fieret, et recrudeſceret, hinc plura contingerent mala; cum ex eo putrido cinerulento ſanguinea maſſa fecata, ac impura redderetur folio 64.b.& c
Autor cur de magnitudine morbi cacochyma egit. 1.a.& 2.a.b.& c

B

BAlbi.& bleſi non ſunt ſolutiuis purgandi pharmacis 41.c
Balnea aqua poteſtate, & actu frigida in quibus conueniant morbis declaratur 62.c.& d.& 63.a
Bilem remedia euacuantia à ventriculo ex Gal. 59.b
Bilis flaua ſua lenitate aſcendit, ideo per vomitum facilè educitur. 52.d
Bilis fluxionibus lac prabebat Hippoc. quatuor de cauſis. 48.a.& 55.c.& d

C

CAcochymia quid ſit. 6.a.& b.& 11.c.& 22.d
Cacochymia vel uniuerſalis. vel particularis ibid.
Cacochymia prauus ſuccus triplex nempe tam in prima qualitate, quam in qualitate guſtabili, quam in impuritate aquè tum excrementoſa, tum putrida. 11.c.& d
Cacochymia non putrida, ſed excrementoſa vitium eſt concoctionis facultatis coctricis partis coquentis, quæ in ſuas diuiditur differentias. 23.a
Cacochymia quot modis conſiderari poteſt. 23
Cacochymia in hoc opere accipitur vt ad magnitudinem & ad vacuationem referatur. 23
Cacochymia ad euacuationem moliendam, vel non agendam relata tresdecim habet differentias, quæ ſingillatim in hoc opere dilucidanda ſunt. 23
Cacochymia prima differentia declaratur, quæ extremè cruda eſt, nullo ſolutiuo educenda remedio, quod octo, & viginti rationibus probatur. 24.25.& 26
Cacochymia ſecunda differentia, quæ vt concocta, ne recrudeſcat euacuanda eſt. 27.& 28

Cacochymiæ bona euacuatio tantum fit, quæ concoctionē, & discretionem naturæ habet. 27.b
Cacochymiæ tertia differentia, quæ partim concocta medio quodam modo subpurganda venit. 29.b.c.& d. et 30.& 31.& 32.& 33
Cacochymia semicocta coctione inchoatiua in augumēti principio tam in morbis acutis, quam in cronicis maguis subpurganda est. 29.b
Cacochymia subcocta subpurgandæ signum diagnosticum ex vrina desumptum. 29.c
Cacochymia subcocta subpurganda in acutis simpliciter ante diem quintum educenda est. 29.d.& 30.a
Cacochymiæ semicocta subpurganda secundum signum ex ventris murmure acceptum. 29.d
Cacochymiæ quarta differentia, quæ propriè turgens est. 34.35.36.37. vsque ad 46.a
Cacochymia educendæ mensura vacuanda non ab efficatia magnitudinis cacochymæ, nec à copia cacochymiæ desumenda est, sed à virium robore, quo ad vicem. 7.b.& c.& 8.a
Calor attrahens fluxionem vel naturalis. 50.d. vel præternaturalis, accidentalisue, qui quinque modorum generibus contingere potest. 51.a
Caput purgantia sternutatoria. 45.c. in dolore capitis.
Capitis dolores quos homines ad purgationem aluinam ineptos reddant, & quos non reddant. 37.d
Capitis affectus à fluxione ortus vehemētes purgationes requirit per secessum. 47.b
In cardialgia leniente purgabat Hipp. 56.a
Cardialgia purgatio. 47.d
Cardialgia quibus ægris primo die, seu quarto die ceciderunt. 68.a
Cardialgia rectè curandæ vesicantia competunt. 72.c
Celiaca passione facilè vexantes non sunt purgandi. folio 43.b
Cassia lenitiua sex conditiones continet; hinc in febris augumento maligna danda est, si eo lene leniente opus fuerit. 65.a
Cassiæ solutiuæ natura ex Auicenna, Mesue, Matheolo, Serapione, & Rasi ibid. b.& c
Cassia solutiua, nempe lenitiua quia calida in primo gradu est quomodo refrigerat. ibid.
Cassia lenitiua sua leuissima acredine, & mordacitate fæculentatem expultricem irritando, ventrem blandè subducit; attamen cum eius acredo paruissima sit, ideo crudos agitare non potest humores, sic dicas de syro. ros. sol. & viol. sol. minima in quantitate dato. 65 c.d
Cinis sanguinis in atram bilem transit: cinis vero aliorū humorum est tanquam pus cinerulentum. 63.c
Cibi abstinentiam obseruantes non sunt purgandi. 43. a.& b
Cibos non retinentes, non sunt purgandi. 41.a
Cinis sanguinis in febre continenti, ac in atram bilē conuersa per sudorem egreditur. 63.c
Cinis humoris putrefacti in febre, in aliquo retenta causa est efficiens putrefactiua alterius humoris alternis noua ventura putredinis 63.b
Concoctiones celeritatem indutiæ portendunt. 25.a.b. & securitatem salubrem ibid.
Concoctionis perfectæ signa. 30.c.& d
Concoctionis debilis signa. 30.d
Concoctionis mediæ, quæ est inter perfectam, & debilem coctionem, signa diagnostica ibid.
Cinis humorum putrefactarum est veluti pus, & sedimentum per vrinam egrediens. 63 d
Cinis hæc euacuatur non modo per sudorem, sed etiā per halitum insensibilem totius corporis. ibid.
Cinis humorum putrefactorum crassorum pauca manet, quia maiori ex parte per halitum excernitur. ibid.
Cinis humorum putrefactorum in febre, quæ nec per sudorem, nec per halitum insensibilē euacuatur, vt crassior pars, præsertim ad ventriculi regionem in augumento, & statu accessionum, & in declinatione transmittitur à natura ex Hip. sententia. 63.d
Concoctio expectanda est in omnino crassis pituitosis morbis. 56.c
Choleræ purgatio 47.d
Colliquesit quid prius in nostro corpore. 35.d
Corpus phlegmonosum non est purgandum. 33.a
Corpora pura non sunt purganda. 43.a
Corruptum à natura alienum, magnitudinem morbi cacochymam impuram putredinalem gignens, educendum est. 59 c.& d
Corpora ita ad purgationem inepta esse valet, vt etiam magnitudine morbi cacochyma præsente, vel incipiente, vel imminente indicante, ab ea inepta corpora nihil solutiuo remedio purgandum sit. 37.a
Corpora ad purgationem aluinam inepta quænam sint ex Galeno, & quatuor modis talia corpora contingere possunt. 37.d. 42.a.
Corpora spleniticа, quæ idonea sunt ad purgationem aluinam vehementem, & quæ inepta sunt. 38.d
Corpora ad aluinam purgationem inepta, attamē idonea sunt ad purgationem vomitu faciendam. 40.b
Corpora vt ad aluinam purgationem agendam parata sint sex conditiones habere debent. 40.d
Corpora ad aluinam purgationem inepta, quæ sana sunt. 41.b
Corpora exactè sana cur purganda non sunt. ibid.
Corpora ad aluinam purgationem validam agendam inepta, quæ sint ex Hippocrate primus locus 37.d. secundus locus. 38.d. tertius, quartus, quintus, & sextus locus. 40.c. septimus. 41.d. octauus. 42.a
Crudorum succorum proprietas est quòd hi succi per se immobiles sint, & ratione loci in quo sunt, vt contradistincti sunt à succis iam coctis, & à succis motu peccantibus, nec non à succis tenuibus aquosis, ichorosis, & acribus: hinc non euacuandi sunt 24.a.b
Crudi humores cur purgandi non cedant pharmaco. 24. 25.& 26
A crudo humore solutiuo remedio agitato quomodo morbus recrudescit. 25.b
Cruda, & inconcocta aut acrisias, aut dolores, aut diuturnitatem, aut recidiuas ostendunt. 25.b
Crudorum humorum coctio à natura, præparatio vero, seu adæquatio ab Arte fit. 62.c
Cruditas extrema vbi aurium tinitum, & icteritiam, & vrinam crudam facit, non est purgādum, cum ibi corpora ad purgationem inepta sint. 40.a
Cutis defecta sua natura est, & cur. 52.a.& ad eam, ob eius defectum facilè fluxiones delabuntur, ibidem: vel aliquo membro transmittente existente ad eam; vel membro vllo transmittente non existenti ibidem.

Chysma-

Clysmate vi debemus in augmento febris.64.d.& quando nec etiam clysmate acri vti debemus ibid.

Clyster conuenit in augmento vniuersali morbi acuti.64 d.& quando nec etiam clyster præbendus acer, immo lauatiuus tantum ibid.

D

Defectus partis vel naturalis 52.a.vel accidentalis ibidem;& causa defectus partis recensentur ib.b

Defectus partis potest esse causa transmissionis fluxionis etiam nullo existente transmittente membro.52.a.b

Deficientes facilè animo non sunt purgandi.41.a

Debiles non sunt purgandi.42.d

Decolores cur ad purgationem aluinam validam inepti sunt 38.a

Deriuatio quid sit.48.c.d

Deriuatiò ad latera, reuulsio verò per longitudinem. 47. 48.& 49

Deriuatio antrorsum, & retrorsum molienda in cacochymiæ fluxionibus retrorsum,& antrorsum tendentibus 50.b.Deriuationum harum cautio ibid.

Desipientibus quibus purgatio tuta non est.41.a

Diarrhæa vomitu eripitur.48.c

Diæta vtentes non sunt purgandi.43.a

Diæta per accidens vacuatio est.46.a

Dolor membri fluxionem cacochymiæ, & sanguinis attrabit.51.a.& b

Dolor,qui attrabit,à quibus pendet causis.51.b

Dolores habentes cum vigilijs non sunt purgandi.41.a

Dolores capitis quos homines ad purgationem aluinam validam ineptos reddant,& quos non.37.d

Doloribus pungitiuis lac meli,seu sali comistum confert, pro bile purganda,& contemperanda.66.b

Dysenteria vomitu tollitur.48.d

Dysenterici valdè purgandi non sunt.43.b

E

ÆGri tantum à morbi,vi seu magnitudine,vel efficatia,seu vehementia valde læduntur,siue interficiuntur,ideo primum Medici negotium est eam dignoscere,& adimere magnitudinem.1.a

Aegri,quibus primo die interna vrebantur & extrema algebant,quibus secundo,tertio,quarto,vel quinto,sexto,septimo,vel octauo die,& quibus vndecimo,duodecimo,decimoquarto vel vigesimo.67.d

Enæma conuenit in augmento vniuersali febris.64.d.et quando nec etiam enæma competit, nisi lauatiuum, ibidem.

Euacuationes extremæ omnes periculo refertæ.7.c

Euacuationes totius corporis æqualiter factæ humorum. 45.c

Euacuatio vbi fieri nequit ibi reuulsio,ac deriuatio fiat. 67.b

Euacuatio per vicinam fit partem.33.a

Exangues non sunt purgandi.42.d

Exercitium euacuatio est per accidens.45.d

Extremæ partes quibus alguerunt.67.d.& interna vrebantur.

F

FEbrium putridarum essentia est calor igneus putredinalis, pungens, ac erodens cordi primo inhærescens, deinde toti corpori.60.d

Febrilis calor,ex buboris putredine,quomodo in corde inest.60.d

Febrilis calor,ex putredine in venis genita ortus,quomodo cordi inhærescit.61.a

In febris mali moris augmento vniuersali an lenies præbendum sit,63 64.vsque ad 67.a

Febricitantes ardenti febre igneis solutiuis non sunt purgandi.41.d

Febris ardentissima curanda est tum actu frigida potione,tum natatione frigida aquæ actu frigidæ ad putredinem arcendam.62.c

Febris mediocris curanda est rarefacientibus, non autē frigidis potionibus actu datis,neque natationibus in aqua actu frigida administratis.62.c

In febris augmento putridum eincrulētū crassius per sudorem,per vrinam, & per insensibilem halitum non eductum,à natura ad ventriculi regionem transmittitur pro tota depuranda massa sanguinea, & tanquam ad terminū euacuationis totius corporis, ideo id diebus paribus euacuare debemus leuissimo leniente. 63. d.64.a.b.& c

In febris mali moris augmento quando exhibendum leue leniens.64.d

Flatuosi solutiuis pharmacis non sunt purgandi.39.c

Flatuosi cum venarum interceptione affecti,sint illi flatuosi ab Hippocrite positi, qui non sunt purgandi.39. c.d

Flatuosi duplices sunt, vel enim ex cruditate, vel ex venarum interceptione,neutris vero istorum solutiuis validioribus pharmacis purgatio molienda cōducit.39. d.cum illi ad purgationem inhabiles sint.ibid.

Fluor alui vomitu adimitur 48.c.d

Fluor alui in quo blandè purgandum,& in quo nihil purgandum.42.a.& b

Fluor alui criticus imminutus in declinatione vniuersali ortus,iuuandus est.27.c. ne recidiua fiat.28.a

Fluor alui ante vniuersalem statum ortus, cum symptomaticus sit, non est augescendus, sed omnino naturæ opus relinquendum.27.d

Fluxio cacochymiæ retrorsum & antrorsum ingruens Hippo.& Gal.exemplis, & autoritatibus declaratur 50.b

Fluxio humorum,seu materiæ respectu terminorum lationum,& motuum considerantur.46.c

Fluxio fieri potest ex sola succi inclinatione ad fluxionem ad aliquam partem, sine vllo membro mandante, ob situalem imam posituram.52.c.d

Fluxiones humorum ex lationibus,ac terminibus desumptæ quatuor modis sunt;ideo etiam quatuor alijs lationibus,ac terminibus contrariè oppositis in cōtrarium euertendæ sunt.46.c

Fluxio humorum in prima latione,quæ duplex est per longitudinem sursum vel deorsum,solutiuis curatur pharmacis,aluina,& vomitiua deiectione 46.d.purgatione antispastica ibid.

Fluxionis primæ lationis exempla Hipp.47 a.b.c. & d. & Gal.& autoritates ibid.& 48

Fluxionis primæ lationis de vena sectione,seu sanguinis missione diuisio, ac terminus renes sunt; de purgatione vero diuisio, & terminus diphragma est. Folio 47.b

Fluxionis secundæ lationis deorsum tendẽtis cacochymiæ purgatio reuulsiua antispastica vomitionibus moliendæ; & exẽpla, & autoritates à pedibus ordiendo, vsq; ad rheues ascendendo.48.b.& c

Fluxionis cacochymiæ tertia latio à centro ad cutem superficialem ingruens purgatione tum vomitiua, tum aluina deriuatiua antispastica tollẽda declaratur Hippoc.& Gal.exemplis, & autoritatibus. 48.d. & 49. a.b

Fluxionis cacochymiæ quarta latio, tollenda purgatione non antispastica Hipp.& Gal.exemplis, & autoritatibus declaratur.49.c.d.& 50

Fluxionum causæ, vel partes attrahentes, vel recipientes, vel transmittentes fortes sunt.50.c

Fluxio per modum attractionis factæ vel à dolore, vel à calore partis attrahentis fit.50.c.& d. vel ab ingenti siccitate.51.b

Fluxio per modum transmissionis facta à transmittente fit vel vniuersale, vel particulare.51.d.etsi interdum hæc fluxio fiat sine transmittenti.52.a

Fluxionis per modum receptionis facta ab aliquo membro causa temperamentum plus insto frigidum & humidum est.52.a.& b

Fluxionis per modum receptionis factæ dispositio membri maior, & minor esse potest, vt rarior, laxior &c. 52.b.c

Fluxio sine transmittenti ob partis defectum transmittitur.52.a

Fluxionibus bilis lac dabat Hippocrates quatuor de causis.48.A & 55.c.d.& etiam in hydrope ad igneitatem contemperandam medicamenti.55.d. & 56.d

Fractis quibus purgantia valida aluina non conuenit 41. b.sed tantum vomitiones conferunt ibid.

Frictiones euacuationes sunt per accidens. 45.d

Frigiditati extremarum partium rectè curanda vesicantia maximè conferunt.68.d.& 69.& 70

G

GLandulosæ partes superflua facillimè, recipiunt. 52.c

Graciles nimis ad purgationes inepti.42.c.& d

H

HIera colocyntidis dosis à Galeno statuta est dracmę quatuor, & quinque: & bis hanc dabat dosim in quinque diebus, in alopetia pro reuellendo.47.e

Hierę simplicis Galeni dosis est ad duo coclearia aquæ tribus cyatis desumpta, ac temperata.58.d

Humores propriè turgentes declarantur à fol.34. vsque ad 46.a.inde turgentes humores.

Humores crassi, viscidi, glutinosi, lenti, & immobiles in ventriculo, siue in cauitate, siue superficie tunica ventriculi educi possunt 58.b. immo illico euacuandi sunt ibidem Hiera simplicis Galeni.58.c

Humores euacuandi vbi est magnitudo morbi cacochymia vel præsens, vel incipiens, vel imminens, seu lethalis, vel infelix, seu tædiosa, in morbis simpliciter acutis etsi non turgeant, vel cocti non sint.36.d.& a 29. vsq. ad 33.46.a

Humores non solum corrupti seu putridi sed etiam qui in via sunt ad putredinem euacuandi.59.c.d

Humores putridi quando per vrinam sunt euacuandi.60 b.& quando per aluum ibidem quando per sudorem ibidem.

Humores crudi cur solutiuo non cedant pharmacę.24.25 26

Humores, qui relinquuntur in morbis recidiuas facere consueuere.28.a

Humorum crudorum proprietas est quòd hi humores per se immobiles sint, & ratione quoque loci, in quo existunt: vt contradistincti sunt ab humoribus iam coctis, & ab humoribus motu peccantibus, atque ab humoribus tenuibus potentia passiua mobilibus, & acribus. 24.a.b

Hypochondrijs extensis quibus purgatio aluina vehemens non conuenit.40.a

Hypochõdria inflata à flatu, interdum turgida sunt, cum flatus simul cum sua minera exitum facere quærant. 35.e

I

IActura, quæ ex medicamento purgante in materia cruda exhibito oriri solent, recensentur. 24.25.26

Ichorum nomina, natura genera, ac differentia, 57.a.b. & c

Ichores, vt praui statim educendi sunt.57.a.b.& c

Ichoroides sanguis mordax, acer, effrenis, & prauus est in morbis acutis, & magnis.63.b.ad cerebrum ascendens, & lędens. ibid.

Inedia per accidens vacuatio est.46.a

Inediam amplectentes non sunt purgandi.43.a.b

Imbeciles non sunt purgandi.42.d

Iudicatio à partis figuratione.59.a

Inflatio totius corporis affectus est.40.b

Inflatio, inter quas inflationes ædema continetur. 40.b

Inflationes habentes purgandi non sunt.40.a

Iudicati ægri in peracutis morbis, in Hippocratis historijs.31.c

L

LAc cum humidum sit, ventrem non subducit effectiuè sed dispositiuè; Hinc lac eget mele, vel sale, vel vtroque acre vt aluum subducere possit.65.d.& 66.b

Lac dare ad ventrem subducendum non modo Hipp. verum etiam aliorum antiquorum sententia est. 66. b.c. d.& 67.a

Lac doloribus pungitiuis valdè conducit.66.b.& fluxionibus sistendis.66.& 67.a

Lactis vel seri magnam offerebant copiam Antiqui 67.a

Lac præbebat Hip.in bilis fluxionibus quatuor de causis 48.a.& 55.c.d.& in hydrope ad solutiui igneitatem contemperandam, & 56.d

Lac asininum coctum meli, saline admixtum ad aluum blandè subducendam, & ad humorem calidum siccũ, & acrem contemperandum dabat Hipp.33.d.& 66. & 67.a

Laxatiua lenientia vocantur, & cur.65.d

Lenientia cur laxatiua.65.d

Lenientia efficiebat Hippocrates ex solutiuis pauca in quantitate datis.56.c

Lenientia in febris augumento data quę nam nocumenta efficere possunt.63.a

Lenientia nostro æuo in vsu posita, quæ Hipp.& Gal.tempestate nota non erant quandoque in cruda materia tuto dare possumus.26.c.& 31

Lenientia nostro tempore adhibita, tutiorem euacuationem consequi possunt, quam solutiua Hippoc.& Galeni ætate cognita.27.b.31

Leniens medicamentum quomodo à purgante, seu solutiuo differt pharmaco.44.a

Lenientium in cacochymia purgatione præstantia. ibid.

Lenientia quomodo per accidens euacuando refrigerant. ibidem.

Leniens leuissimum an sit dandum in augmento vniuersali.63. vsque ad 67.a

Leniens leuissimum in augumēto febris rectè, ac tuto præberi potest, & quando, disquiritur ex Hipp. & Galeni experimētis, ac exemplis ad verbum expressis; qui lac sali, meliùs mistum vt leniens leuissimus exhibebant. 66.& 67.a

Leniens Hippocratis.33.d.48.a.55.d. & 56. d. & 66. & 67.a. in augumento morbi acuti dandum.

Leniens leue in augumento febris dandum sex habere debet conditiones 64.d

Lenientia per aluum subducentia Hippocratis.48.a.& 55. c.& d.& 56.a.& b.& c

Leniens Hippocratis in cardialgia.56.a

Lien bilem atram. I. melancholiam attrahit ait Hippocrates.28.d

Lien melancholiæ, & aquæ sedes est 54.d. in margine.

Lienosa corpora ad purgationē idonea.37.d. in margine.

Liens turgens illico purgandus.35.c.& d

Loci affecti dignoscio admodum valet ad expurgandum succum loci læsi.60.b

M

Magnitudini cacochymæ magnum educens cacochymiam remedium adæquatur.2.b

Magnitudo morbi non simpliciter magnum euacuans insinuat remedium, sed vt vrgens est, & magna vis. 2. b.& c

Magnitudo morbi cacochyma per se, & exactè propriè, & proximè vrget, ac ita vrgēdo cacochymia, vt eius causa immediata eductionem per se etiam indicat. 2. d.& 3.& 4.a

Magnitudo morbi cacochyma & morbosa, & cacochyma est, sed vt cacochyma notior est, quam morbosa. 4.b.& c

Magnitudinis morbi cacochymæ genera, & species dignoscenda sunt ibid.

Magnitudinis morbi cacochymæ genera quatuor existūt, nimirum quo ad copiam, ad qualitatem, ad impuritatem, & ad motum terminatum.5.a.b.c.& d

Magnitudinis morbi cacochymæ copiosa genera, & differentiæ perpenduntur.6.7.& 8

Magnitudinis morbi cacochymæ genus in copia perspectum.6.c.d.& 7.a.b.& c

Magnitudo morbi cacochyma copiosa vniuersalis, & sola in toto corpore est, & alba.6.c

Magnitudo morbi cacochyma copiosa magnitudini sāguineæ comixta, in icteritia flaua, & nigra ibid.

Magnitudo morbi cacochyma & sanguinea simul in athleticis sunt corporibus.6.c

Magnitudinis morbi copiosæ differentiæ omnes.6.d

Magnitudo morbi cacochyma copiosa extensiua, vel obstructiua.6.d

Magnitudo morbi cacochyma copiosa venam scindens non datur.6.d

Magnitudo morbi cacochyma copiosa quo ad vasa, vel quo ad vires opprimens, & onerans habetur.6.d. & 7.a

Magnitudo cacochyma qualibet sibi contrariam æqualem optat purgationem.7.a

Magnitudinis morbi cacochymæ copiosæ signa diagnostica.8.d.& 9.a

Magnitudo morbi cacochyma quo ad qualitatem intemperata in genere, & in differentijs exploratur. 9. b.c. & d.& 10.a

Magnitudo morbi cacochyma intemperata simplex calida, & frigida, humida, & sicca est.9.b

Magnitudo morbi cacochyma intemperata composita calida, & humida, & calida, & sicca, vel frigida, & humida, vel frigida, & sicca inspicitur.ibid.

Magnitudo morbi cacochyma intemperata simplex, & composita omnis sibi contrariam, & adæquatam petit cacochymiæ purgationem.9.b.& c

Magnitudo morbi cacochyma intemperata calida, & sicca à quo emanat 9.c. quę purgationem refrigeratiuam & humectiuam flagitat ibid.

Magnitudo morbi cacochyma intēperata frigida, & humida à quo producatur.9.d. quæ calfactiuam, & siccatiuam insinuat purgationem ibid.

Magnitudo morbi cacochyma intemperata frigida, & sicca quomodo promanat quæ calidam cacochymiæ, & humidam petit purgationem.9.d

Magnitudo morbi cacochyma intemperata calida, & humida quomodo cacochymiæ, ceu suæ causa immediata refrigeratiuam & siccatiuam indicat purgationem. 9.d

Magnitudo morbi cacochyma in qualitate etiam in secūda qualitate inuenitur; quæ in arte medica magnam vim continet.10.a

Magnitudinis morbi cacochymæ intemperatæ notæ inuestigantur.10.b.c.& d

Magnitudo morbi cacochyma impura tam in genere, quam in differentijs, seu speciebus.11.a.b.c.& d

Magnitudo morbi cacochyma impura excrementosa, & putrida est 11.b

Magnitudinis ipsius impuræ excrementosæ differentiæ, ibidem.

Magnitudo morbi cacochyma impura putrida tres habet differentias.ibid.

Magnitudinis morbi cacochymæ impuræ tam in genere, quam in speciebus assumpta signa diagnostica.12.a. b

Magnitudo morbi cacochyma fluens & fluxura, & fluxa.12.c.& d.& 13.a

Magnitudinis morbi cacochymæ fluentis, fluxuræ, & fluxæ nota 13.b.& c

Magnitudinis cacochymæ vt morbosæ tria sunt genera, sex vero sunt differentiæ.13.d.& 14.a

Magnitudinis cacochymæ, vt morbosæ primum genus est à distantia recessus à statu naturali desumptum ibid.

Magnitudinis morbi cacochymæ vt morbosæ secundum genus est à propria partis læsæ substantia suo originali temperamento iunca acceptum.13. d. cuius generis prima differentia.14.b.c.d.& 15.a. secunda differentia.15.b.c.d.& 16.a. tertia differentia.16.b.c.d.& 17.a.& b

Magnitudinis morbi cacochymæ vt morbosæ tertium genus est à facultate membri læsæ perspectum:13.d. cuius prima differentia reperitur.17.d.& 18.a.b.& c. secunda differentia.18.d. tertia differentia.19.a.b.c. & d

Magnitudo morbi quæcumque ex tribus morborum principijs emergere potest. 20.d.& 21 a.& b
Magnitudo morbi cacochymo, ex putredinis in venis, & arterijs facta tribus differentijs, quænam oriatur, dilucidatur. 61.b.c.d
Magnitudo morbi cacochyma, quæ fit in differentia prima putredinis secunda, ac tertia. 61.a.b
Materia turgens propriè omnino dilucidatur à fol. 34. vsque ad 46.a. vide turgentes humores.
Medicari quid intelligat Hipp. 31.a
Medicamenta omnia sunt, quæ ægrotãtium præsentem remouent statum; & præcipuè omnia valentiora medicamenta. 2.b
Medicamenta valida robustis præbenda; debilia vero debilibus. 33.a.& b
Medicamenti purgantis vi ignea spiritus calidi innati veluti flamma ignis à vento peragitatur; ac sanguis biliescit; sanguis vero, & caro colliquescit, & ignescit. 26.c.& d
Medicamenta solutiua sanis corporibus obesse solẽt. 25.d
Medicamenta purgantia in febre data quænam inferant nocumenta 26.a.& b
Medicamenta solutiua in lassitudinibus exhibita, quæ mala faciant. 26.a.& b
Medicamenta solutiua nocent in materia cruda vel sua ignea facultate, vel ratione impreparationis, quæ impræparatio est vel humoris, vel viæ, aut corporis ad purgationem inepti. 26.d
Medicamenta purgantia leuia quarto die danda in morbis simpliciter acutis, & magnis, cum ibi sit subcoctio materiæ media concoctione facta inter debilẽ, & perfectam concoctionẽ; quæ medicamenta ab Hipp. indicationem iuuantia vocantur. 32.c
Medicamenti solutiui ignei, in febre, & extra febrẽ emolumenta, & damnum. 37.b.& c. damnum. 40.b
Medicamenti purgantis nocumenta. 43.d
Medicamentum solutiuũ quomodo à leniente differt 44.a
Medicamenta purgantia, vel solutiua quomodo per accidens euacuando refrigerant. ibid.
Medici præcipuum negotium quale est. 1.a
Medicus ægros à vita graui impendente periculo reparare nequit, nisi morbi agnouerit, & cripuerit magnitudinem, seu efficaciam. 1.a
Medici Venetiarum in morborum augumento leuia lenientia præbent ægrotantium emolumento. 63.a
Mel mitissimè aluum subducit. 65.c. ob acredinem miã.
Mensura remedij vacuandi cacochymiam non à vehemẽtia magnitudinis, nec à copia cacochymiæ deprehendenda, sed à virium robore. 7.b. quo ad vicem. 8.a
Melancholia sua grauitate descendit. 52.d. ideo per secessum purganda. ibid.
Morbi pessimi sunt ex bile flaua, & pituita simul orti, vt in Hermocrate, & Apollonio Abderæ fuerunt. 64.c
Morbis acutis, & magnis semper humoris biliosi seu atri agentis sanguis iehoroides mordax, acer, effrenis, & prauus inest cerebrum lædens. 63.b
In morbis simpliciter acutis, & magnis Hipp. solutiua pharmaca circa initia dabat. 56.a
Morbus quomodo recrudescat à pharmaco solutiuo intempestiuè dato. 25.b
In morbis diuturnis concoctio expectanda, in acutis vero si materia turgeat illico purgandum est. 28.a
In morbis non vehementer acutis pro deriuatiõne humorum fluentium, & fluxurorũ facienda purgandũ. 29.a
In morbis acutis etiam coctio expectanda venit, nisi materia turgeat, vel propriè, vel impropriè 28.d. in margine.
In morbis vehementer magnis clysmata tantum conueniunt, vel lenientia in principio. si vero non vehementer magni sint, post vena sectionem purgãdum est. 28. d. in margine.
Morbi principium triplex. 30.b
Morbi principium acuti simpliciter exactè ad tertium vsque diem perdurans in manifesta cruditate est, sed in manifesta coctione terminatur, vbi augumenti principium incipit. 30.b
Morbi simplici & acuti principium in tertio die desinit: vbi manifestum signum iam finis huius principij, quã principij augumenti apparet, quod ex concoctione manifesta media inter debilem, & perfectam concoctionem reposita cognoscitur. 30.c.& d
Morbi initia, inter quæ etiam augumenti initium Hippo. posuit, Vnde in augumenti principio purgare expedit, in tertia cacochymiæ differentia, nam si quid mouendum in principio moue 30.d
Morbis peracutis particularibus vehementerq. magnis in principijs purgatio à solutiuis igneis molienda non competit, nisi materia turgeat. 31.a
Morbis valde acutis, vehemẽterq. magnis sola vena brachij dextri hepaticæ sectio conuenit, ac deinde enemata: Hippocratis, & Gal. decreto 31.b sed lenientia dari possunt ibidem in margine & 32.a. 33.d
Morborum, qui acuti sunt, ac etiam interdum cronici, & quibus primo vena sectio, deinde purgatio confert, catalogum fecit Hip. 31.a.& b
Morbis peracutis secundo die symptomata vehementia incipientia contingere solent. 31.b
Morbis peracutis vniuersalibus nec etiam Hipp. solutiua dabat; attamen lenientia frigida exhiberi possunt. 31 c.& 32.a. 33.d
Mortui ex peracutorum morborum efficatia, in Hippocratis historijs. 31.b.c
Motus omnis corporis humani euacuatio est per accidẽs. 45.d. balnea euacuationes sunt. 45.d
Mulieres menstruosæ non sunt purgandæ. 43.a
Murmura ventris recentia signum est humorum semicoctorum subpurgandorum coctione inuocatiua. 29.d.& 30.a
Murmura ventris veterata, quæ græcè elydones appellantur signum non est humorum semicoctorum subpurgandorum. 30.a

N

Nocumenta, quæ lenientia efficere possunt in augumento febris malignæ data. 63.a
Nocumentum medicamenti solutiui in febre. 37.b 40.b

O

Obstructiones quomodo geminantur à materia cruda solutiuo tentata remedio. 25.c. Duplex obstructionum geminatio ibid.
Occasio, quæ præceps, ac momentanea circa rectè agendũ est; à Medico exactè agnosci debet. 2.a.b & c.& præsertim de purgatione humorum administranda.
Occasionis Hipp. meminit ibid.

Partes,

Partes, quæ difficilius recipiunt excrementa, difficilius quoque ab alijs excrementis liberantur.52.c
Partes spongiformes aptæ sunt fluxionem recipere, & ad eas partes facilè fluxio cacochymiæ transmittitur. 52.b
Parti mandanti prius studendum est, deinde parti recipienti incumbendum est.58.c
Partes, quæ facilius, vel difficilius recipiunt. 52.c. ideo in ijs scirrhus fieri potest.ibid.
Partes, quæ magis, & minus sunt purganda.53.a.b
Paraphrenitide quibus ægrotantibus secundo die, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octauo, nono, &c. incepit 68.a.& b
Paraphrenitidi rectè curãdæ phænigmata cõueniũt.72.c
Pectus, & pulmo per tussim expurgatur.45.c.d
Phænigmata rectè administranda exactè disquiruntur. 69.70.71.72.& 73
Pituita vitrea, aut acida si ad ventrem, & intestina descenderit, tormina, ac rosiones facere possunt.26.d
Pituita si humori tenui aquoso fluxili comista fuerit, educi potest.56 d
Pituita in intestinis existens, nunquam vomitu reuellenda; immo enemate acri educenda.49.c
Pituita prius concoquenda, & deinde educenda.56.c
Pingues qui nam sint.42.b
Pingues nimis, validè purgandi non sunt.42.b.& c
Phlegmoni purgans medicamentum non conuenit ratione materiæ iam in phlegmone fluxa.48.a attamen in fine, præbet medicamentum Gal.28.c.& d
In principio verò lenientia conueniunt ratione materiæ fluentis.ibid.
Præparatio humorum educendorum triplex est, nempe humoris, vię, & corporis viribus validis præditi 43.d
Præparatio cita facienda vbi quarto die supurgare conuenit in principio augmenti vniuersale morborũ simpliciter acutorum 32.c.& d
Præparatio cita vnius diei agenda ab Hippo. Galeno, & Oribasio statuta.43.d
Pulmo, & pectus per tussim expurgatur.45.c.d
Pueri solutiuis non sunt purgandi remedijs.43.a
Primi generis putredinis tres species.61.a
Purgantia medicamenta castigabat Hip.& isthæc minima in quantitate præbebat, loco lenientium.56.c
Purgantia medicamenta euacuando quomodo per accidens refrigerant.44.a
Purgans medicamentũ quomodo à leniente differt.44.a
Purgare vbi plus, & minus.53.a.b
Purgantia sternutatoria caput, 45.c.in capitis dolore.
Purgationes à morbi magnitudinibus cacochymis, tum præsentibus, tum imminentibus, seu incipientibus indicantur.46.d
Principium morbi simpliciter acuti ad tertium vsque diem perdurat.30.b
Principium morbi acuti simpliciter in manifesta cruditate adest, sed in manifesta concoctione terminatur, cum ibi augumentum vniuersale incipiat.ibid.
Principij morbi simpliciter acuti in tertio die terminantis, manifestum signum ex concoctione manifesta media inter debilem, & perfectam concoctionem reposita dignoscitur, vbi augmentum vniuersale incipit. 30.c.& d
Principia morbi, inter quæ Hipp. etiam augmenti principium posuit, ideo in augmenti initio purgare oportet, in tertia cacochymia differentia, quia si quid mouendum in principijs moue.30.d
In principijs tantum solutiuis purgandum est, non autem in augumento.36.c
Purgationis agenda cautio in danda opera cautio, prima & cautio secunda.7.b
Purgationes quando vsque ad animi defectum moliendæ sunt.7.d.& 8.a.& b
Purgationes cur in declinatione vniuersali omnino tutæ fiant.27.c.& 28
Purgationes non prope indicationem sed procul à indicationibus facienda.28.b
Purgationes in materia concocta, in acutie simpliciter magnis, non exactè circa vigesimum diem, in exactè vero acutis vltra decimum quartum diem.28.a.& b
Purgationes in morbis inflammatorijs 28.b.iam maturatione facta ibid.
Purgare solutiuis igneis pharmacis, in morbis peracutis tam vniuersalibus, quam particularibus, non licet, attamen lenientibus refrigerantibus tuto purgare, in his morbis, possumus.31.a.b.& c
Purgatio de bilis quarto die in simpliciter morbis acutis effici potest: vbi materia semicocta est, media concoctione inter debilem, & perfectam concoctionem. 31. d.& 29.& 30
Purgatio in febribus per vomitum in principio augmẽti accessionis fiat, per secessum vero in fine accessionis febris.33.a.& b
Purgatio in febre tertiana assidua.33.b. ex Hippocrate.
Purgatio solutiuo facienda febribus cacoethicis non cõuenit.33.c.nisi finita febre, ne fiat reuersio.
Purgationis à solutiuo factæ pharmaco, vtilitas, ac damnum, 37.b.& c.damnum.40.b
Purgationes validæ solutiuis factæ pharmacis non conferunt quibus extenta sunt hypochondria, & qui deorsum, ac ad latera torquentes sunt, & obscurè videntes 40.a
Purgationes vt tutæ fiant sex conditiones corporis purgandi requiruntur.40.d
Purgationes per vomitum fiunt humorum turgentium, et peccantium supra diaphragma.44.b
Purgationes per aluum fiunt humorum turgentium, & peccantium infra diaphragma.44.b.c
Purgationes per vomitum, moliendæ patefiunt per signa diagnostica.44.c
Purgationes per secessum agendæ notæ fiunt per signa diagnostica.44.c
Purgationes rectè moliendæ ex anni tempore, sursum per vomitum, vel deorsum per aluum.44.c
Purgationes vomitionibus molita, sursum fluxiones cacochymiæ deorsum ingruentes reuellentes, exemplis, & autoritatibus Hipp.& Galeni declarantur.48.b.c
Purgationes aluinę, & vomitiuæ deriuatiuæ antispasticę fluxionis cacochymiæ à centro ad cutem tendentis, Hipp.& Gal. exemplis, & autoritatibus declarantur. 48.d.& 49.a.& b
Purgationes deriuatiuæ non antispasticæ Hippo. & Gal. exemplis, & autoritatibus dilucidantur.49.c.d.& 50
Purgationes antispasticę prius moliẽda reuulsiuæ, & deriuatiuæ, postea non antispasticæ euacuatiuæ deriuatiuæ.50.b

Putredo quid sit.60.b
Putredo in vasis duo genera; Ac utrunque istorum genus tres habet differentias.61.d
Putrescentium succorum differentia simplices.61.d
Putredo tribus fit modis.60.c.d
Putredinis secunda, ac tertiæ differentiæ succorum putridorum color, consistentia, & odor, vario modo.61.d
Putredinis in venis, & arterijs facta tres differentiæ.61 b.c.d
Putrescentium humorum differentiarum simplicium, differentiæ compositæ nouem sunt.61.d.& 62
Putredinis venarum, & arteriarum quindecim differentia.62.b
Putridi humores quando blandè, & quando valdè purgandi sunt.ibid.
Putridorum semiputridorum curatio fit partim euacuando, partim alterando.ibid.
Putredo in febre intermittenti vbi fit.60.c
Putredo febris continentis, & continuæ inter inguina, & alas in venis est.60.c
Putridum, seu corruptum in carne quomodo euacuãdum 59.d.& 60.a
Putridum crassius cinerulentum, quod in febribus putridis nec per sudorem nec per insensibilem egreditur habitum ad ventriculi regionem à natura transmittitur tanquam ad terminum euacuationis totius corporis pro desecando sanguine, vt facilius vel à natura ipsa, vel ab arte auxilio lenissimi lenientis, etiam in augmento dati diebus paribus medicinalibus ideo tune tuto leniens id exhibere possumus.63.d.& 64.a.b.c.
Putredinis bubonis prima differentia, secunda, ac tertia 61.a
Putridum à natura alienum, magnitudinem morbi cacochymam impuram putredinalem gignens educendum est.59.c.& d

Q

QVæ relinquuntur in morbis recidiuas facere consueuere.28.a

R

RAritas totius corporis balneo, & alijs remedijs facienda.62.c
Rauci, qui ad purgationem aluinam vehementem inepti sunt.38.b
Recrudescunt morbi quomodo 64.b.c.
Recrudescit morbus à solutiuo intempestiuè dato pharmaco, & quomodo.25.b
Recrudescere quid sit.63.a.b.in margine.
Reuulsio.47
Rheumatici qui idonei ad purgationem aluinam validã, & qui inhabiles sint.38.c

S

SAnguine deficiente non sunt purgandi.42.d
Sana corpora nigra cur non sunt purganda.41.b
Sana corpora humidam carnem habentia purganda non sunt.41.b
Sana corpora sicca non sunt purganda 41.
Sanguinei homines ignei non sunt purgandi pharmacis. 43.d
Sana corpora cur purganda non sunt.41.c
Senes valde non sunt purgandi.43.a
Solutiuum medicamentum quomodo à leniente differt. 44.a
Solutiua medicamenta euacuando quomodo per accidẽs refrigerant.44.a
Sternutatoria caputpurgia.45.c
Siccitas ingens membri causa est, vt membrum humiditatem fluxilem attrahat.51.b
Sopor quibus ægrotantibus contigit.68.b & c
Sopores habentes valde purgandi sunt.40.d
Sopori rectè curando vesicantia plurimum conferunt.68 d.69.70
Splenitica corpora, quæ apta sunt ad aluinam, & validã moliendam purgationem; & quæ inhabilia sunt.38.d
Subtumidi non sunt purgandi.42.a
Subpurgationes in quarto die administrandæ in morbis simpliciter magnis, & acutis, vbi materia semicocta aparet, manifesta concoctione media inter debilem, et perfectam concoctionem, quæ media concoctio ex vrinæ concoctione, & ex ventris recenti murmure deprehenditur.29.30.& 31.32
Stomacho laeso cur nec solutiuum pharmacum, nec venæ sectio conuenit, nempe cum terminus sit euacuationis totius corporis propè cor existens.64.a

T

TOtum venosum genus per vrinam expurgatur. 45.d
Transpirabilitas totius corporis, & raritas balneo, & alijs cuti admotis remedijs fit.62.c
Turgentes humores propriè dilucidantur à f.34.ad 46.a
Turgentium humorum natura.34.b
Turgentes humores prima differentia cacochymiæ, quæ penitus cruda est opponitur.34.b.& à secunda, & à tertia cacochymię differentia cõtradistinguitur.34.c
Turgentis humoris nomenclatura à quo desumatur.34.c
Turgentium humorum essentia est exitum quærere motu indeterminato peccantium, nullam sedem firmã, nullamque stationem habentium.34.d.& 35.d
Turgens humor quid sit definitur.34.d
Turgentes humores vniuersales totius corporis.35.a.b.
Turgentes humores particulares alicuius partis 35.b.tũ principalis tum non principalis.35.c
Turgentium humorum cõparatio, & dilucidatio per turgentiam pudendorum animalium ad coitum inclinationem habentium.35.c
Turgentes humores per lienem educendi 35.c.& 36.a
Turgentes humores propriè non peccant motu determinato vt aliqui falso putarunt, inter quos Massaria fuit 36.a
Turgentes humores statim euacuandi & cur.36.a
Turgentes humores incipiente sunt morbo potissimum acuto ibid.
Turgentes humores in motu, in latione & fluxu indeterminato, non autem quiete vlla peccant, ideo illico euacuandi sunt.36.b
Turgentes illico primo, vel secundo die educẽdi. alioquin in aliquam principalem offendendam ingruerent partem ibidem.
Turgentes humores statim purgandi sunt ratione auxilij, & motus horum humorum exitum quærentium, & ratione naturæ expellentis eos humores, & respectu præseruationis à iactura imminente, si humores illi in aliquam fluerent partem principalem.ibid.
Turgentium humorum cita præparatio.36.c
Turgentes humores purgandi diligenti cum præmeditatione, & accurata cautione, & religione, vt ait Hipp.

& cur

& cur 36.e.vſque ad 43.c
Turgentes humores tam propriè, quam non propriè in morbis valde acutis, ac vehementer magnis, circa initia tantum, cum tunc hi turgeant, purgare oportet 36.c.& d.cum tunc hi humores morboſam, & cacochymam lethalem gignere poſſint magnitudinem ibid.
Turgentes humores eorum euacuationem per ſe non indicant, ſed morboſa, & cacochyma magnitudo ventura imminens eorum eductionem indicat, turgentes vero humores coindicant.36.d
Turgentes humores peraro in morbis valde acutis, vehementerq́. magnis ſunt, ideo etiam peraro in his morbis purgandum eſt in principio ſolutiuis igneis pharmacis.37.a
Turgentes humores licet ſint exitum quaerentes, morboſã venturam imminentem cacochymam gignentes magnitudinem purgationem inſinuantem, attamen interdum corpora ad io purgationi inepta ſunt, vt purgationem inhibeant.37.a
Turgentium humorum purgationum vtilitas, & iactura declarantur, quatenus corpora ad purgationes agendas, parata, vel inepta ſunt.37.b.vſque ad 43
Turgens materia in corporibus ineptis ad purgationem poteſt eſſe.43.c
Turgentes humores an ſolum per alnum educẽdi ſint, vel quoque per vomitum, & per alios locos diſputatur.44 a.& b
Turgentes humores cur per aluum tantum principaliter, & frequentius purgandi ſint.44.b
Turgentes humores cur etiam per vomitum extrahendi.44.b.& ſupra diaphragma turgeant.45.a.b.& c
Turgentes humores ſupra ſepto tranſuerſo, vomitionibus educendi: infra vero diaphragma turgentes aluinis euacuationibus extrahendi.44.c
Turgentium humorum in toto corpore per vomitum educendorum ſigna diagnoſtica.44 c
Turgentium humorum per aluum educendorum ſigna diagnoſtica.44.c
Turgens materia ſub diaphragmate per aluum purgãda frequentius eſt, quam ea, quae ſupra diaphragma turget.44.c.d
Turgens materia per alias partes, vltra vomitum, & aluinam purgationem, etiam turgere poteſt, ſuũ exitum quaerens, educenda eſt.44.d.45.c
Turgens materia frequentius, & principaliter per aluum euacuanda eſt.44.d.cum ſub diaphragma turgeat ibidem, & 45.a
Turgentes humores qui per cutim educendi ſint.45.d
Turgentibus humoribus conferunt euacuationes per accidens facta, vt exercitium, motus, frictio, balneum, et inedia.46.a
Turgentes humores non indicant per ſe eorum euacuationem, ſed morbi magnitudo cacochima ab his turgentibus ventura vt imminens, vel incipiens per ſe horũ humorum, tanquam eius cauſa immediata citam, & ſibi contrariam, & adaequatam indicat euacuationẽ, vt magnum ſibi aequale, & contrarium remedium.45.a.46.d
Turgentes non propriè, quinam humores ſint.46.b
Turgentes non propriè humores motu determinato peccant.ibid.
Turgentes non propriè humores, vel praeternaturales, vel ſani ſunt.46.b
Turgentes non propriè humores praeternaturales.46.b
Turgentes humores impropriè ſani, ut nunc, & naturales 53.b.& 54.a.& b
Tuſſis quid ſit.39.a.b
Tuſſis ſicca ibid.
Tuſſis ſicca, cui purgatio ſolutiuis medicamentis molienda purgatio non conferat.39.b.c
Siticuloſi igneis non ſunt purgandi ſolutiuis.39.c
Tuſſientes ſiccè non ſunt validè purgandi.39.a.& cur ib.

V

VAcuationes quae aequabiliter totum expurgant corpus.45.c
Vacuationes omnes omnium corporis humani.45.c
Vacuationes per ſanguinis miſſionem molitae totum corpus aequabiliter non expurgant.45.d
Vacuatio omnium humorum eſt venae ſectio.45.d
Vacuatio per cutim facta turgentes educunt humores.45.d
Vacuationes per accidens facta turgentibus conducunt humoribus, vt exercitium, frictiones, motus, balnea, et inedia.46.a. ac potiſſimum vbi adeſt prohibens purgandi.ibid.
Vacuationes per accidens, quae ſint.45.d
Venoſum genus per vrinam expurgatur.45.d
Ventriculi formatio & natura.59.a
Ventriculus terminus euacuationum, cum medicamenta ad ventriculi regionem excrementa attrahant, ſua ſpecifica qualitate.51.d.in margine & 59.a
Ventriculus partim eſt ſpongiformis.52.c
Ventriculi ore valde laeſo, ſolutiua remedia, & venae ſectio non conuenit, quia regio ventriculi, quae propè cor reſidet, terminus eſt euacuationis totius corporis, & alijs de cauſis.64.a.b
Ad ventriculi regionem, in febris augmento, materia putrida cincrulcnta tranſmiſſa.63.d.ſi non euacuetur, et partim non contemperetur, tunc morbus deterior fieret, & recrudeſceret, & plura mala contingerent.64.b.c.ideo euacuandum ibidem.
Ad ventriculum, & inteſtina natura ſemper quod vitioſum eſt, ſiue putridum, ſiue excrementoſum, vt impurum pro depurando, ſeu deſecando ſanguine tranſmittit, vt ad terminum euacuationis totius corporis, vt facilius educatur: ideo ſi in febris augmento id putridum in ea ventriculi regione tranſmiſſum à natura non educatur, auxilio leniſſimi lenientis nos euacuare tenemur.63.d.64.a.& b.c
Vigilantes ob dolores amplè purgandi non ſunt.41.a
Vertiginoſi qui non ſunt purgandi.41.b
Veſicantia rectè admouenda percuduntur. 69.70.71.72.& 73
Virtus vitalis, & animalis in augmento febris cacoethis valde laborat, ideo vtraque reſpicienda.63.b
Vomentes non ſunt purgandi.42.d
Vomentes nigra non ſunt purgandi.41.a
Ad vomitum procliues non ſunt purgandi.42.d
Vomitus digitis, & pennulis excidendus, vbi eo eſt opus 49.d
Vrina ſinum generis venoſi expurgat.45.d
Vtilitas medicamenti ſolutiui.37.c

Huius indicis finis.

Errata corrigenda Promptuarij singulæ vacuationis cacochymiæ rectè administrandæ.

Medico	lege	Medio z
vbi est phlegbotomia		phlebotomia
terminibus		terminis 3.a
ostendum		ostensum ibid.b
vim		vini ibid.d
impunitatem		impurnatem 5.a
euacuationem		euacuatione 8.a
hycundria		hypoc hondria 9.a
nequat		nequeat 14.c
capitaelis		capitales 16.b
dicunt		dicuntur ibid.d
augusto		angusto 23.a
inflammatorum		Inflammatorium 28.c
creditatis		cruditatis 29.c
leuetur		leuetur 30.a
clymis		clysmis 31.b
conterminibus		conterminis 34.d
inguinas		Inguina 35.a
Galenus		Galeni ibid.d
capia		copia 42.d
vicerendo		vicerando 43.b
deducunte		deducente 44.d
terminibus		terminis 46.d
coctuum		coctum 50.b
genogra		gonagra ibid.a
rapat		repat 49.c
balneas		balnea 51.a
excernuntur		excernuntur ibid.d
tubem		tabem 52.b
gladulis		glandulis ibid.
defundunt		descendunt ibid.b
acideremus		auderemus 55.d
Puria		Spuria 56.a
Alephanciasi		Elephanciasi ibid.b
Pacieo		Pancreo 57.b
abstengere		abstergere ibid.
patefactiendi		patefaciendi ibid.c
inuenitur		Inueniuntur 61.b
habet.		habent ibid.
eccessionum		accessionum ibidem c
fluet		fluat 64 d
euades		euadat 65.a
chystis		cystis ibid b
nitrosan		nitrosa ibid.d
femptum		septum 66 d
somnifora		somnifera 68.b
nee		ne ibid.c
fæmorotum		fæmorum 69.b
molumenta		emolumenta 70.c
diffedisse		diffecisse ibid.d
valeo		valeam 71.a
cæperit		ceperit ibid.c
addera		Abdere ibid.d
fluxinis		fluxionis ibid.c
diaphorecticis		diaphoreticis ibid.d
vomitus		vomuntur ibid.
ipso		ipsi 73.a
exitare		excitare ibid.b
reuocaur		reuocantur ibid d
immines		imminens ibid.
vbi est cinis hæc		dicatur cinis hic



DE MORBI MAGNITVDINE CACOCHYMA

Sua natura vrgente, ideo ſucci peccantis eductionem per ſe indicante.

LIBER PRIMVS.

In quo

De generibus, ac ſpeciebus tum magnitudinis morbi cacochymę tunque cacochymiæ vacuationis cuiuslibet, ab ea magnitudine indicatæ, pertractatur,

Quare humorum purgationis quantitas expurganda vnà, & modus, vbi nimirum confeſtim, ac etiam modus vſque ad animi deliquium, vel paulatim, aut medico modo cacochymia educenda ſit, expenditur.



CAPVT PRIMVM.

Huiuſce operis indicatur vtilitas.

A

1. De vict. rat. in morb. ac. 1. 8. Lib. de Arte p. 4.



Voniam totum Medici optimi præcipuum negotium, ad eius rectum finem aſſequendum, pro ægrorum vtilitate quidem eſt, duntaxat ſuos à vitæ magno, & euidenti, imminentique diſcrimine ægros reparare, & cuſtodire: vt poſtea facillimè protſus reliquum paruum eripere valeat morbum. Hippocratis decreto; qui Artem medicam in duas principales ſecuit partes: quarum prima eſt, *vt morborum vehementiam obtundat*, alia verò eſt, *quæ ſanè in toto um à morbis ægros vindicet*. Ideoque medicus ſuos à vitæ inſigni periculo ægros reparare nequit, quin priùs morbificam exactè propriè vrgentem dignouerit, ſimulque ſuſtulerit vehementiam; qua tantùm miſeri ægri, aut interficiuntur, aut ita valde malè afficiuntur; vt niſi infeliciter, ac miſerè vitam degāt. Eamque ſanè ob cauſam omni induſtria, ſtudio, labore, ac diligentia, recta ratione, rectoque experimento iuncta, nec non autoritatibus, & exemplis ipſam exactè, propriè morbi vrgentem adeò agnoſcere magnitudinem cogimur, vt in anima noſtra habitu firmo, & rectiſſimo, ſimulq; infallibili ex quamplurimis frequentatis tùm ratiocinationibus, tunque rectis operationibus, ad eum finem coarctatis, iam iam acquiſito illius magnitudinis certa, & infallibilis doctrina

acquiratur; vt semper subinde facilè, tutò, citò, iucundè, & feliciter Dei gloria, ęgrotantium magno emolumento, artisque medicæ præstantia, atque medici laude, medicus morbi eam admere possit magnitudinem. Isthæc ideo mihi opportunissima, finalis causa fuere; vt ego de morbi magnitudine generica, quò ad succum appellata, verba scriptis mandarem; quæ cùm vniuocè in magnitudinem sanguineam, & cacochymam à me nuncupatam diuisa fuerit; postea etiam magnitudo sanguinea iam omnino fuit dilucidanda; proinde de ipsa cacochyma agere magnitudine nunc teneor. Nisi nanque ipsa pars artis medicæ ità necessaria penitus in habitu iam infallibili nobis medicis rectè operandi esset, circa morbi magnitudinis, exactè, propriè vrgentis sublationem, quomodo, quæso tepentè in occasione præcipiti, momentaneaque perpetuò ad eam eripiendam magnitudinem id, quod rectissimum est attingere, nos consequi poterimus? quippe ea ità operandi occasione elapsa, vtique ægri maxima iactura, mediciique dedecus non nisi sortiri potest. Cuius occasionis Hippocrates hoc modo meminit, *at verò ars medica breuem habet occasionem, & qui hoc nouit, illud constitutum habet, & nouit quæ sunt rerum species, vel non: ad quas agnoscendas occasio non est in arte medica, nempe quod alui subductiones per aluum non secedunt, & reliqua quod contrario modo se habent.* Vnde concludit à medico perito artis medicæ adæquato sponso hanc breuem auferendæ occasionem morbi magnitudinis vrgentis cacochymiæ vndique dignoscendam esse: hinc etiam consequenter eam occasionem purgante medicamento aluum subducendi nos agnoscere debere, tanquam eam, quæ celerrimè labitur, qua præterimissa, non amplius medico alia rectè magnitudinem tollendi occasio euenire potest, quo fit, vt omninò mortifera euadat. Ea propter tunc magnitudo ipsa curationem non amplius admitteret. *Nisi enim quod morbum magnum facit, dimoueris, augetur*, & fit lethalis, *omnia autem medicamenta sunt, quæ præsentem statim dimouent; valentiora autem omnia immutant, siquidem velis medicamento transmutare*, & hæc ait circa primam artis medicæ partem vrgentialem, antea allatam; quæ est, *vt morborum vehementiam obtundat.* De secunda autem parte artis medicæ; quæ est, *qua sanè in totum à morbis paruis ægros vindicet*, pergendo illico inquit, *in morbis debilibus*, nempe paruis, *medicamenta valentia minimè sunt adhibenda*, si itaque in morbis magnis præsidia magna, vehementem euacuationem efficientia insinuantur proinde sicuti in magnitudine sanguinea magnum euacuans sanguinem auxilium conuenit: ità in magnitudine cacochyma, adæquatè, magnum, etiam educens cacochymiam, remedium optimum est; quatenus vtrunque magnum præsidium à sua proportionata magnitudine exactè propria, per se indicante optatum est; vt Galenus his verbis statuit. *Nunc illud docere volo tum ipsam morbi, siue vim, siue magnitudinem appellare velis pro indicatrice quadam sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ statuendam esse.* Ait enim *pro indicatrice quadam*, nempe non simplici, vt curatiua facultas indicatrix morbi simplicis; neque vt est facultas indicatrix præseruatiua, vt est morbi simplicis causa; sed est indicatrix vrgens, & magna. Et alibi de his magnis auxilijs à Galeno præcipuis vocatis, & à morbi magnitudine vtraque enarrata indicatis ait. *Præcipua enim in his remedia sunt maximè quidem phelegbotomia, non nunquam verò, & purgatio.* Hinc iurè meritò etiam eam morbi magnitudinem genericam, quo ad succum in sanguineam, & cacochymam secui. Cùm itaque alio in opere de sanguinea morbi magnitudine vrgente per se sanguinis eductionem indicante egerim, tanquam de præcipua magnitudine, priùs dimouenda. Idcirco superest, vt modò de alia cacochyma morbi modis propositis exactè pertractem magnitudine, in meorum ægrotantium vtilitatis gratiam; vt nauatis operibus, fructus meis ægris semper ferre possim vberrimos.

A

Lib. 1. de mag. sanguinea.

Lib. de loc. in hom. p. 419. & Pref. Idē Gal. 1. aph.

B

Hip. lib. de loc. in hom. eodem p. 420.

Ibidem.

4. Meth. c. 6.

C

CAPVT II.

Magnitudinem morbi cacochyman per se, & exactè propriè, & proximè vrgentem esse. Ideo ipsam cacochymiæ, vt eius causæ immediatæ eductionem per se quoque indicare, demonstratur.

D



Vamcunque autem cacochymam morbi per se, exactè, propriè, proximè, vbique semper, & sua natura essentiali, vrgentem esse magnitudinem, simulque ijsdem modis eam quoque magnum euacuans cacochymiam indicare auxilium, ex iam antea statutis clarè patet fundamentis. Quandoquidem vnaqueque res morbifica, quę sua natura essentiali, vel lethaliter nostras afficit actiones, aut vehementer hominis principes lædit functiones, procul omni dubio, his statutis modis vrget primò tollenda. Verùm qualibet cacochyma morbi magnitudo exactè propria sua natura essentiali, & his modis vel lethaliter nostras obturpat actiones, aut hominis vehementer principes offendit functiones. Ergo necessariò qualibet cacochyma morbi magni-

Morbi magnitudo cacochyma per se vrgēs lædendo est primo tollenda, ideo per se magnum euacuās cacochymiā indicans est remedium.

Lib. 1. & 2. de mag. sang.

A magnitudo exactè propria sua natura omnibus his terminibus vrget primò adimenda. Maior enim conspicua est, cùm etiam idiotis notum sit, omnem rem, quæ vel lethaliter corporis humani actiones affligit, aut eius principes vehementer lædit actiones, vrgere. Ideoque ipsam vt vrgentiorem cæteris cunctis rebus etiam eripiendam esse. Minor quoque patet; quoniam quæcunque magnitudo morbi cacochyma exactè propria sua natura essentiali, omnibus his terminibus, in morbis malæ conformationis, & in morbis intemperamenti cum materia cacochyma relati, tum in morbis acutis, tum in cronicis, vel lethaliter nostras impedit actiones, aut vehementer hominis principes obturpat actiones. Magnitudo nanque morbi cacochyma solutæ vnitatis, vt vlcus, seu vulnus magnum, vel impropria est, dum hi morbi magni, in tumores cacochymos transeunt, vt in erysipelam, vel œdema, aut scirrhum; vel propria non integrè, nec exactè reperitur, quę duobus modis contingere valet; vel enim dum vulcus, seu vulnus vt mali succi soboles, à cacochymia, ceu à morbi magnitudine cacochyma augere potest; & sic potestate, vt maius vulcus futurum, & imminens, cacochymię fluentis, & fluxuræ ad vlcus, sublationem deriuatiuam, & reuulsiuam insinuat; vel quatenus ab ea cacochymia fluente, & fluxura inhibeatur vlcus, quo minùs cicatrizari possit; Et hoc etiam modo, hęc magnitudo semper vt ventura vrget, nam sicuti remedijs rectè admotis curatur, & sanatur: ità denuo gi-
B gnitur, ac ità cacoethe vlcus redditur. Et vt talis magnitudo cacochymię eductionem deriuatiuam, & reuulsiuam petit, tamen cùm his duobus modis exactè non vrgeat, ideo nec exactè propria est, cùm tantùm vrgeat, quo ad tantum integram sanitatem partim deturpat, & sępè potiùs ad partem artis medicę decoratiuam pertineat, ratione partis, eo vlcere cacoethe deturpatę, non autem lethaliter afficit, nec etiam hominis ualde principes, aut non principes infeliciter obnoxias reddit facultates, seu actiones, functionesùe. Proinde magnitudo hęc morbi cacochyma integrè non vrget, nec integrè propria se habet, nec primò auferenda est; vt alia morbi magnitudo cacochyma est: quę integrè per se, propriè, proximè, vbique, semper, & sua natura essentiali primoque vrget, vt exactè propria inuenitur: atque hinc primò ijsdem modis eripienda venit. Cuius dum Galenus meminit, cum de primo vrgente, primo moliendo in ordine plurium indicantium adhibendorum egerit, inquit. *Atque in eo quidem curationis consilio, quod ab vrgente initur affectus magnitudo perpendenda est.* Cùm autem ibi pro magnitudine morbi tum genericam, tum specificam integrè propriam intelligat magnitudinem; proinde tam illam genericam, quò ad succum posuit magnitudinem, quàm sanguineam, nec non etiam cacochymam, integrè vrgentem per se, propriè, proximè, vbique, semper, & sua natura formali. At verò quoniam, vt iam ostendum est, omnis ea magnitudo, integrè vrgens circunstantijs allatis, succi superuacanei, ceu eius causę immediatę magnam indicat subtractio-
C nem. Ergo magnitudo cacochyma integrè propria, ipsismet conditionibus vrgens cacochymię tanquam eius causę immediatę magnam insinuat subductionem, & conuertibiliter omnis cacochymię magna eductio à morbi cacochyma indicatur magnitudine. Eanque sanè ob causam quoties morbi vehementia à peccante aliquo modo prodeat sanguine, ceu à causa proxima, tunc sanè ea sanguinea est magnitudo, sanguinis missionem per se indicans: cùm ob eum peccantem sanguinem ipsa magnitudo per se integrè vrgeat. Sicuti etiam vbi morbi magnitudo cacochyma appellata quatenus à sua immediata emergit causa, ibi vtique ea magnitudo, vt integrè per se vrgens, cacochymię eductionem indicat: cùm propter eam morbosam integrè, propriè, & per se vrgeat cacochymian. Nec tamen asserendum est obijciendo, si magnitudo cacochyma propter cacochymian vrget, & indicat. Ergo magis vrget, magisque indicat ipsa cacochymia: cùm propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale sit, Aristotelis decreto; quoniam respondeo, id Aristotelis axioma verissimum esse in terminis reciprocabilibus: cum itaque non omnis cacochymia suam cacochymiam habeat magnitudinem, immo solùm omnis magnitudo cacochyma suam contineat cacochymiam; proinde cacochymia per se nunquam
D indicat, nec vrget; verùm per accidens tantùm magnitudinis cacochymę ope courget, & coindicat vnà cum ipsa magnitudine. Prętetea ipsa cacochymia si per se vrgeret, & per se indicaret, semper quidem, & vbique sui ipsius euacuatione eriperetur; sed non semper, immo tantùm præsente, aut incipiente, aut imminente cacochyma magnitudine sui ipsius magna tollitur euacuatione. Ergo sequitur institutum, nempe ipsam nec vrgere, nec indicare per se, maior enim patet, & minor probatur, quandoquidem media, exercitationibus, frictionibus, balneis, & alijs his similibus præsidijs cacochymia, sinè vlla magna euacuatione subtrahitur, Galeni sententia. *Præterea digerentibus medicamentis,* exuperans ęquè tum plethoria, tùm cacochymia sine sanguinis missione, sineque humoris eductione facta, dissolui potest. Insuper Hippocrates ait corpora cacochymia sinè purgatione per accidens à cacochymia vindicantur, dum ait corpora *calfieri expostulant, tùm exercitationibus, tum vim calefacti calidi potu, & cibis, qui talem obtineant facultatem.* Quocirca duntaxat morbi magnitudo cacochyma per se magnam cacochymię eductionem indicat, vt Hipp. & Gal. asseuerant, vbi habetur. *De purgatione in hoc libro disseram, atque ob eam rem Hipo. tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo, quod de vlceribus prodidit,*

Tomus Secundus. A 2 etiam

Margin notes:

Vlcus, seu vulnus magnum, si in tumores trāsmigrantur magnos, non vrgēt, nec indicāt per se: ideo magnā impropriè dicuntur.

Vlcus vero seu vulnus magnū, in eo vt à succo vel augescat, vel prohibeatur ne sanetur, tūc partim vrget. vt in fieri augeri potest, aut difficile sanabile est, vt morbi magnitudo cacochyma imminens, vel incipiens est, nō autem præsens

3. Meth. c. 12.

Obiectio sollitur.

Cacochymia nec per se vrget nec per se indicat.

4. De sanit. tuē. c. 4. & 13. c. 6. & & de cur. ratione per san. miss. c. 10.
13. Meth. c. 6.
4. De vict. rat. in mor. acu. t. 15.
4. Meth. c. 6.

etiam morbi magnitudinem ad purgationem indicationem desiderat, & in fine ait. *Sed ne illius oblitus, quòd aliquid interim ex alijs, quæ vlceribus accidunt indicationem propriam suggerat, veluti, & magnitudo, his verbis clarè docuit Hippocrates vlceribus omnibus, quòties prævalida sint, purgationem esse vtilem. Et reliquis, quæ diuturna vlcera reddunt*. Si ergo magnitudo vlceris, quæ non integrè propria cacochyma est, per se indicat cacochymiæ eductionem. Ergo eò magis eandem cacochymiæ purgationem per se, ea morbi magnitudo cacochyma, quæ integrè propriè vrget, indicabit. Verùm concludendo Galenus statuit. *Nunc illud docere volo tum ipsam morbi, siue vim, siue magnitudinem appellare velis pro indicatrice sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ statuendam esse*. Et alibi idipsum confirmando, exarat, *vacuamus sanè totum corpus, non modò cùm in redundantia succorum est habitu, sed etiam cùm mediocritatem succorum continet, si morbi magnitudo suadeat*. Verùm egregiè nobis posteris prodidit Hippocrates, vt etiam capite præcedenti iam dixi; vbi de magnitudine morbi cacochyma agendo, de valentioribus etiam præsidijs, aluum subducentibus scribit, hunc in modum. *Nisi enim quod morbum magnum facit, demoueris, augetur, valentiora autem omnia*, medicamenta euacuantia *immutant, si quidem velis medicamento* solutiuo *transmouere* ad morbi cacochymam tollendam magnitudinem.

A — Ibidem. — 13. Meth. c. 5. — Lib. de loc. in hom. 419. & 420 — B

C A P V T III.

Magnitudinem morbi integrè propriam cacochymam, & morbosam, & cacochymam esse, de qua vtroque modo agendum esse pollicetur; verùm priùs de ea vt de cacochyma, ceu de notiori, & faciliori, verba facere consentaneum est.



CÆterùm, quoniam cacochyma, & morbosa magnitudo, duas quidem continet relationes, pro vt æquè ad cacochymiam, tanquam ad eius immediatam referatur causam, & ad morbum spectetur, cuius efficatia est, ægrũ vel lethaliter, vel saltem vehementer lædens. Cum autem doctrinæ ordo semper à nobis notioribus, simulque à facilioribus ad ignotum progredi debeat. Idcirco huius magnitudinis dilucidationem prius ingrediar, quatenus magnitudo ea cacochyma se habet: subinde ipsa in eo vt morbosa inuenitur, splendescere tenetur. Quandoquidem cacochymiæ peccata faciliora, & notiora vtique nobis longè morbis ipsis semper sunt, consequenterque magnitudo cacochyma, ceu cacochymiæ effectus valde nobis est notior morbis ipsis, ac etiam morborum magnitudinibus. Neque obijcias, si asserueris, morbum nobis notiorem esse humore peccante, in ordine cognitionis morbi ipsius. Vltra quod etiam morbi magnitudo generica quo ad succum est etiam sanguineæ magnitudinis, iam omnino alio opere declaratæ, communis igitur priùs magnitudo morbi, quatenus morbi diluenda est. Nam modò, non de ordine cognitionis morbi, per suam causam oborti, agitur; immo de generibus, ac speciebus magnitudinis morbi cacochymiæ, generibus, speciebusque eductioni cacochymiæ adæquatis, ac de indicantibus sermo esse debet. Proinde quia cacochymiæ vacuatio in genere, ac specie molienda certè non indicatur, nisi à magnitudine morbi cacochyma in genere, ac specie per se indicante. Idcirco priùs de magnitudine ipsa, vt de cacochyma agere cogor, sicuti etiam opere alio priùs de magnitudine, vt sanguinea actum fuit: deinde de magnitudine, vt morbosa disquirimus, vt lib. 2. liquet. Eanque sanè ob causam ordo propositus iure meritò seruandus est.

C — Obiectio. — Prima ratio. — Secunda ratio. — Solutio. — D

A

CAPVT IIII.

Quatuor cacochymæ magnitudinis genera declaranda eſſe proponitur; nempe quò ad copiam, ad qualitatem, ad impuniratem, & motum determinatum.



Vot geneta autem magnitudinis ſanguineæ introſpiciuntur, tot etiam adæquatè magnitudinis cacochymæ habentur genera: Sed ſanguineæ magnitudinis quatuor ſunt genera, vt pote quò ad copiam, qualitatem, imputitatem, & motum; Ergo etiam cacochymę magnitudinis totidem ſunt genera. Minor autem patet, maior verò ità probatur; Nam quoties duæ vniuocatæ adſunt differentiæ, æquè tum ſuum vniuocans diuidentes genus, tum duas ſpecies illius generis conſtituentes vniuocatas, ibi quoque neceſſariò ambæ differentiæ conueniunt genere, ac differűt ſpecie; verũ vt genere conueniant, æquabiliter plura ſubalternata continere debēt genera. At verò

Magnitudinis morbi cacochymæ quatuor genera eſſe, vt magnitudo cacochyma eſt. Primum argumentum.

B morbi magnitudo ſanguinea, & cacochyma duæ quidem vniuocatæ inſpiciűtur differētiæ, æquè tum magnitudinem morbi genericam, quò ad ſuccum vniuocantem diuidentes, tum illius generis has duas vniuocatas conſtituentes ſpecies. Ergo ſicuti morbi ſanguinea magnitudo generica.., quò ad ſuccum diuidit magnitudinem, in ea quatuor genera ſubalternata, ſimulq; eadem quatuor genera conſtituit in copia, in qualitate, in impuritate, & in motu terminato. Sic etiam magnitudo morbi cacochyma eandem morbi genericam magnitudinem, quò ad ſuccum diuidere debet in ea quatuor genera vniuocata, & ſubalternata; & ſimul eadem quatuor genera cōſtituere tenetur. Inſuper tot ſunt genera cacochymæ magnitudinis, ſeorſum diſtincta, quot etiā cacochymiæ tanquam cauſæ illius magnitudinis immediatæ ſunt differentiæ, viciſſim ſciunctę; ſed quatuor cacochymiæ differentiæ ſunt, ad inuicem ſegregatæ, prout cauſæ immediatæ huius magnitudinis eſſe poſſunt. Ergo quatuor maguitudinis morbi cacochymæ genera ſunt, ſeorſum diſtincta. Quandoquidem cacochymiæ copia procul omni dubio cacochymam efficit magnitudinem, ab alijs tribus omnino diſtinctam, quo ad copiam vocatam, ſicuti etiam purgatio ipſius cacochymiæ molienda, & ab ea magnitudine indicata euacuatiua reperiatur. Sicuti cacochymiæ qualitas mala, ſeu malitia, ſeu prauitas cacochymam producit magnitudinem, ab alijs tribus cacochymis magnitudinibus ſeiunctam, quò ad qualitatem vocatam, ſiue ſit in prima

Secũdum argumentum.

Prima hæc magnitudo generica copioſa eſt.

Secunda eſt in qualitate.

In prima qualitate.

C qualitate peccans, vel calida, & ſicca, vt eſt biliosa, vel frigida, & ſicca, vt eſt melancholica, ſeu atrabilis, vel frigida, & humida, vt eſt pituitoſa cacochymia, ſiue acida, ſiue vitrea, vel ſit in ſecunda qualitate peccans, vt eſt ſuccus vitioſus, acer, mordax, abradēs, & vlceroſus, aut ſit ſuccus prauus, craſſus, viſcidus, atque glutinoſus, aut ſit amarus; ſimulque tenuis, & leuis bilioſus, aut ichoroſus, ſiue ſit acidus vnà, & craſſus, & grauis, melancholicus, ſiue atrabilis. Quo circa etiam ipſius cacochymiæ eductio à magnitudine cacochyma ipſa inſinuata malæ qualitatis moderatiua eſt ab alijs tribus purgationibus contradiſtincta. Quemadmodum etiam cacochymiæ impuritas aliam cacochymam progignit magnitudinem, ab alijs tribus magnitudinibus vndique ſeiunctam, quo ad impuritatem appellatam, vel ſit impuritas ſuccorum, in vniuerſali deſumpta, contradiſtincta à purgatione, ſeu purificatione, ſeu depuratione maſſæ humoralis; quæ ab ea cacochymia impura coinquinatur: ea propter purgare totum corpus nil aliud quidem eſt, niſi eā maſſam humoralem omnino depurare, ſeu purificare, coinquinationem eam tollendo. Vel ſic cacochymiæ impuritas excrementoſa, vel putredinalis, & ſi excrementoſa, vel ſit nigro colore, vt eſt melancholia, & bilis atra, vel ſit colore flauo, ſeu vitellino, ſiue croceo, aut viridi, vt eſt bilis pallida, deuſta, vel ſit colore albo, vt eſt pituita. Vnde ſicuti ipſa cacochymiæ differentia impura ab alijs differentijs ſeiuncta eſt: ità quidem magnitudo cacochyma, quò ad impurita-

In ſecunda qualitate.

Tertia eſt impura.

Quæ vel impura quo ad ſuccorum in vniuerſo corpore exiſtentium impuritatem.

Purgare totum corpus quid ſit.

Vel impura excrementoſa, vel putrida.

D tem diſtincta eſt ab alijs cacochymis magnitudinibus. Pariter etiam ipſius cacochymię impuræ euacuatio, quæ depuratiua nuncupatur, ab alijs tribus euacuationibus ſeiungitur. Similiter cacochymiæ motus, ad aliquam partem terminatè fluens, magnitudinem vtique cacochymam gignit, à cæteris enarratis magnitudinibus ſegregatam, quò ad motum vocatam; quę ſanè etiam purgationem ſibi propriam, ab alijs purgationibus ſeparatam, reuulſiuam, ſeu deriuatiuam flagitat. Eanque certè ob cauſam, iſthæc magnitudinis cacochymæ quatuor genera, vnà cum ſuis ſpeciebus proſus dilucidare deuincar.

Quarta eſt in motu, quæ vel fluens eſt, aut iā fluxa, vel fluxura.

A

CAPVT V.

Cacochymia quid sit, explanatur.



Voniam verò alicuius rei effectum dignoscere neutiquam possumus, quin priùs ipsius effectus causam immediatam quidem ab Aristotele. Syllogisticam nominatam animo complectamur; proinde priùs quàm magnitudinum, propositarum explanationem ingrediar, cacochymiæ essentiam explorare teneor; ipsa nanque cacochymia omnino cognita, faciliùs postea cuiuslibet magnitudinis cacochymæ tanquam eius effectus cognitionem adipiscar. Cacochymia itaque nõ nisi succorum, humorumùe vitium est, seu prauus succus, aut malus humor, mala qualitate, seu malitia peccans, in nostro corpore, Galeni sententia, ità memoriæ prodientis, *vitium humorum, quam cacochymiam vocant*, & alio in loco ait, *eum habitum cacochymiam, quasi succorum vitium*, & ibidem etiam habet, *succorum vitium cacochymiam appello, quoties vel flaua bilis, vel nigra, vel pituita, vel serosis humoribus refertum corpus iam fuerit, purgatione, quæ cuique superanti succo sit commodata, corrigitur*. Quam sanè ob rem ipsam cacochymian excrementosam in flauam bilem, & nigram, & pituitam, & in serosum humorem diuisit, quod etiam fecit alibi, vbi medicinali posteritati hunc in modum prodidit, *quæ euacuanda sunt, qualitatem indicant, hoc verò est nũ aquosa, ac tenuia vacuare expediat, num pituitosum humorem, num biliosum, num atram bilem, num horum quædam, num etiam omnia*, ipsa autem cacochymia, vel est vniuersalis in toto corpore, vel particularis in aliqua particula determinata, at verò de differentijs ipsius cacochymiæ capite primo libri secundi sequentis adamussim verba faciam.

Cacochymia quid sit.

Cacochymia vniuersalis vel particularis est.

4. Meth. c. 4.
13. Meth. c. 6.

B

6. Epid. comm. comm. 33. Idem etiam Galenus habet 2. aph. 37.

CAPVT VI.

Magnitudinis morbi cacochymæ genus, quo ad copiam inquiritur.

C



Erùm cacochymiæ, seu *vitiosi succi copiam*, cacochymam parientem magnitudinem, quò ad copiam vocatam, Galenus recenset; & etiam inquit *ratione habita de abundantis succi copia*. Magnitudo autem cacochyma, & quo ad copiam, vel sola quidem in corpore humano inest, vt in ictetitia alba, cachexia, seu leuco phlemacia vocata, & in hyposarca, & in ascite; vel vnà cum magnitudine sanguinea, in copia existente, repetitur; vt in ictetitica flaua, & nigra conspicitur; ac etiam in alijs pluribus affectibus. Cæterùm hæ geminę morbi magnitudines, potissimum à cacochymia insigni emergentes, certè Athletarum corporibus vsu eueniebant Hippocratis æuo. Ac tunc sanè, vt Galenus asseuerat, *necessariò adfertur periculum, ne ab his morbi magnitudinibus imminentibus aut vas aliquod rumpatur, aut suffocato calore naturali, mors sequatur repentina. Quod iã Athletis quibusdam vsu venit, qui ad summam corporis plenitudinem perducti, de repente sunt mortui.* Nã tametsi ibi plus sanguinis copia adsit, quàm cacochymiæ multitudo, nihilominus ingens cacochymię quoq; exuperantia inueniri debet. Ne ergo ita repètinè talia corpora obeant, atq; simul, *vt in corpore alteri sit nutritioni locus, pleniorẽ illam habitudinẽ oportet sine mora soluere, quæ nimirum eius solutio per euacuationem fieri debet*, æquè tũ venæ sectione, tum cacochymię eductione molienda. Verũ aduerte quòd cacochymiæ purgatio vel aluina, aut vomitoria esse valeat. Quandoquidem, si morbi non vehementer magni, immo simpliciter magni magnitudo ventura immineat, tunc sanè, *post sanguinis missionem securè, & mediocriter porrigendum* aluinum solutiuum auxilium est. At verò *si vehemens, & magnus fuerit morbus: venæ sectio in his præferenda venit, deinde elysmis est opus*: Sed vbi *sanguis in locis huiusmodi propter venarũ repletionem spiritum penetrare non permittit*, Vnde *infrigidationes fiunt ob stationem, vertigines, aphoniæ, epilepsiæ, & paraplexiæ: Talibus sanè ab initio venam confestim secare oportet. Postea reficere expedit: & superiorem ventrem, si non leuetur, purgare*. Cæterùm magnitudo morbi cacochyma, quo ad copiam multiplex quidem inuenitur: quandoquidem, & quo ad vasa, & quo ad vires, & vtraque vel vniuersalis tum primæ regionis cruditatum, tum secundæ regionis, vel primæ tantùm regionis, vel secundæ regionis, vel alicuius partis, aut plurium partium, conspicitur. Ea verò, quæ quò ad vasa habetur, adhuc etiam duplex est; nam aut obstruens, aut extendens repetitur. Nam cacochymia vasorum capacitatem sua copia replendo, æquè tum vasa extendit, tum obstruit, ita etiam cacochymam maiorem, & minorem progignit magnitudinem copiosam extendentem, atque obstruentem. Cum autem cacochymia sola, vasa non scindat, nisi sanguineæ plenitudini annexa sit proinde magnitudo morbi cacochyma copiosa scindens minimè repetitur; vt sanguinea morbi magnitudo,

Magnitudo morbi cacochyma copiosa vel vniuersalis in toto corpore sola & vel alba se habet.

Vel vnà cũ magnitudine sanguinea est, vt in ictetitia flaua, & nigra copiosa.

Magnitudo morbi cacochyma, & sanguinea in Athletarũ corporibus iunctæ aderant.

Magnitudinis morbi cacochymæ copiosæ omnes ferè cõfusæ sunt differentiæ.

Magnitudo cacochyma quo ad vasa, vel extẽsiua, vel obstructiua copiosa.

Magnitudo morbi cacochyma copiosa venam scindens non inuenitur.

3. De sanitate tuenda c. 9.
4. De sanitate tuenda c. 4.

1. Aph. 3.

Ibidem.

D

Hipp. 4. de vict. rat. in mor. acu. t. 21.
Ibidem.
Gal. ibidem t. 27.
Hipp. ibidem 27.
Hipp. ibidem t. 28.
Hipp. ibidem t. 29.

A tudo, quo ad copiam vasa rumpens introspicitur. Hæ autem duæ magnitudines, etiam duas cacochymiæ sibi iunctæ subitas ijs contrarias exoptant sublationes, aluina, aut vomitiua, aut vtraque purgatione, moliendas, nimirum, & extensiois libertatiuam, simulque deobstructiuam put gationem flagitant. Magnitudo verò cacochyma copiosa, quo ad vires, absque quo extendens, vel obstruens sit, sine repletione capacitatis vasoruoi, adesse valet, cum à pauca quidem copiosa cacochymia magnitudo ipsa exotiri possit, vites opprimendo, calotemque natutalem comprimendo, & onerando. Verùm si admodum pauca cacochymia copiosa fuerit, hanc procreans magnitudinem, necesse est, vt vnà cum ea cacochymiæ copia, etiam aliqua praua qualitas subsit, quæ sua intemperie, caloris naturalis temperamentum ità offendat, vt oe dum magnitudo hæc onetando, verùm etiam intemperando, vires opprimat. Ideoque tametsi ipsa mnrbi vehementia per se cacochymiæ sibi annexæ citam ei contratiam exoneratiuam insinuet subtractionem; tamen per accidens eam purgationem quoque mali intemperamenti subductiuam flagitat. Quæcunque verò cacochyma morbi magnitudo copiosa, tam quò ad vasa, quàm quò ad vires, sicuti vel vniuersalis, aut particularis, vel superna, aut inferna, ita sanè sibi adæquatam, & contrariam, citam, & magnam quærit purgationem, vel vniuersalem, aut particularem, vel supernam, aut infernam. At verò cacochymia copiosa, has cacochymas gignens magnitudines, si

Magnitudo cacochyma copiosa quo ad vires opprimens & onerans.

Qualibet cacochyma magnitudo sibi côtrariam æqualem petit purgatio nem ac illico agendam.

B cruda vtique, aliqua in parte infixa, & omnino firmata fuerit, tunc etsi ab his magnitudinibus eius cita, & magna purgatio agenda indicetur, attamen cruditas prohibet eam citam eductionem moliendam. Eaque sanè ob causam priùs cacochymia coquenda, & adæquanda venit, subinde educenda. Verùm ad humorum copiam non dum aliqua in parte infixam, nec firmitam, neque compactam, à venoso genere eripiendam, & à magnitudine cacochyma indicatam, nobis regulam quidem, Hippocrates constituendo, inquit, quòd in eam summam cacochymiâ subtrahendam, non à copia succi praui remedij mensura inuenienda sit, immo à virium ro-bore, eam citam, & magnam agendam permittente purgationem, pro qualibet vice moliendâ.

Cautio in danda opera cita purgationem. Secunda cautio circa idem agêdum. Mensura præsidij vacuandi cacochymiam nô à vehementia magnitudinis, nec à copia cacochymiæ sed à virium robore.

1. Aph. 3. Cùm medicinalibus prodiderit monumentis. *Non tamen vacuando vsque eo pergi velim, vt uasa in se penitus considant, hoc tutum non est, sed quatenus natura ferret, eò vsque progredi oportet.* Huius autem rei ratio quidem est, cum vitium permittentium dignitas longè magis vrgeat, quàm mor bi ipsa indicans magnitudo vrget, cùm indicatio, à viribus desumpta cæterarum omnium indicationum dignissima regina introspiciatur. Secunda autem ratio ab Hippocrate traditur *extreme euacuationes periculosæ: contraque repletiones extremæ si fuerint periculosa*, non minùs etenim extremæ euacuationes periculo refertæ existunt, quàm extremæ repletiones sunt, quæ extremas cacochymas gignunt magnitudines copiosas, eam vasa extendentes, simulque obstruentes, quâ

Prima ratio. Secunda ratio.

Ibidem.

C vites comprimentes. Quod alibi confirmat, *neque fortes vasorum inanitiones moliri.* Rationem autem reddit cur summæ eductiones vitandæ sint, inquiens, *maxime mutationes eorum, quæ circa naturam nostram, habitumque contingunt, maximè morbos committunt*, cur autem ea, quę summè naturam nostram, & eius habitum mutant, potissimùm morbos pariant, Galenus rationem statuit.

2. De vict. ratio in acut. t. 12. Ibidem t. 13.

Confirmatio. Extremæ euacuationes periculo refertę sûr. Prima ratio.

Com. 2. aph. 51. *Natura siquidem substantia suo originali temperamento decorata, in symmetria, idest, certa, & commoda elementorum proportione consistit, quam quidem symmetriam, quum omne nimium corrumpat, & labefactet, mirum non est, si idem quoq. animantis constitutionem resoluat.* Hinc ibidem statuit Hippocrates, *simul multum, & repentè, vel vacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, aut alio quouis modo corpus mouere periculosum: omne siquidem nimium natura inimicum. Paulatim verò quod fit tutum, cum alias, tum maximè ab vno ad aliud* non extremum *facienda est mutatio.* Secunda verò causa, ob quam extremę inanitiones periculo plenę habentur certè est, eò, quia extremis euacuatinnibus consequenter succedunt, seu succedere deberent etiam extremę virium refectiones extremis alimentorum assumptionibus moliendę; quę sanè non minùs periculosę

Secunda ratio.

1. Aph. 3. existerent, quàm summę vacuationes, & summę repletiones sint, vt ait Galenus. *Et rursus corporum refectiones si extremæ fuerint, parum tuta, tum interdicere immodcratas euacuationes, quoniam & refectiones sequentes haudquaquam securæ existunt: quia natura nimia vacuatione imbecillior fa-*

D *cta, iam non possit alimentum probè coquere, distribuere, & assimilare.* Ergo Hippocrates duas tradidit notas, quibus præsentibus *vbi vsque ad animi defectionem expedit educere faciendum sit.* Prima nanque nota est *si talia deijctantur, qualia conueniunt quia deiectiones non multitudine sunt ex imanda* secunda verò nota est, quòd *ægri facilè tolerent.* Vnde, & species peccantis humoris deijciendi, & virium ęgrotantis robur permittens, quantitati affligentis humoris vnica vice educendi, proportione respondens, perpendere debemus; quibus existentibus, etiam ad animi deliquium purgare conuenit *si æger possit tolerare talem purgationem.* Quam Hippocrates doctrinam Galenus

Ibidem.

1. Aph. 23.

Quando vsq. ad animi defectũ expedit purga re. Prima nota quæ nam sit. Secunda nota quæ nam sit.

Ibidem nempe 1. aph. 23. Ibidem ait 1. prohet. com. 3. cont. 17. & li. ad ucil. Eral. sc. 4. asseuerare voluit, dicens *siue à natura, siue à nobis euacuatio fiat, oportet omnino constituere quandã ipsius mensuram: sicuti enim qualitatem pro humoris molestantis ratione vacuare, ità videlicet quantitatem multitudini molestantis humoris respondere oportet. Quare non promptam eorum, quæ euacuantur quantitatis phantasiam oportet attendere, sed duas, qua dicta sunt, notas, si qualia oportet euacuentur, etsi facilè tolerant.* Verùm dubitatu digni m inuenies, cum Galenus de cacochymia educenda

Dubium.

4. De uict. san. c. 4. ait. *Dein deijcere aliu n oportet, ratione habita de abundantis succi copia pariter & specie*, igitur non virium robur, sed humoris infestantis copiam vacuandam respicere debemus. Cui respondeo

Solutio.

succi

Pro qualibet vice vacuandi virium robur respicere debemus.

succi molestantis copiam educendam duobus modis nos considerare posse, vel enim copiam in qualibet vice educendam, vel pluribus vicibus totam eam copiam purgandam: primo enim modo in nostra declaratione est intelligendum, secundo verò modo postea Gal. statuit. Cæterū si humorum speciem offendentem euacuandam ponderare velimus, ea quidem *vel flaua bilis, vel nigra* seu melancholia *vel pituita, vel serosus humor* est. Qua perspecta, simul cum virium robore magno existente, si magnitudo morbi cacochyma summè copiosa fuerit, tunc etiam ad animi vsque deliquium purgare poterimus, per aluinam eductionem administrandam. Verùm eam moliendam esse reor, potissimùm vbi magnitudo talis cacochyma extremè copiosa, valdeque praua, & celeriter, seu vehementer fluens, seu fluxura sit, ad aliquam partem principem, vel principali parti subordinatam, siue inseruientem, quoties tumor aliquis cacochymus, magnusque in aliquo membro nobili incipiens, vel imminens fuerit. Et quoties his modis, dolores maximi cacochymi concitentur, reuulsionis, seu deriuationis gratia, cum dixerit Galenus. *In maximis verò doloribus nullum præstantius noui remedium ea euacuationem, quæ ad lipothymiam vsque fiat, cum ea tamen distinctione, vt intelligatur plegbotomiane, an purgatione, ad defectum vsque animi vti conueniat, quamobrem demonstrauimus in commentarijs, quos de phlegbotome conscripsimus.* Sed huic instituto Augustinus Galdaldinus in margine obijcit, inquiens. *Hæc verba non sunt in translatione veteri, nec in oribasio, qui libro 7. collectionum medicemal. ad Iulianum Imperatorem cap. 3. hunc locum ponit, nec in libris de phlegbotomia hoc dixit Galenus; quòd scilicet purgandum aliquando sit vsque ad animi defectionem*, ergo Galeni sententia tantum de sanguinis missione est, vt ad lipothymiam vsque administretur, non autem purgatio. Cui obiectioni respondeo satis esse Hippocratis decretum. *Deiectiones vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare, & si talia deijciantur, qualia conueniant.* Vnde si Galenus idem non asseuerasset, procul omni dubio crimen perpetrasset, ideo satius est asserere Galenum id confirmasse, quàm eum deliquisse, ex quo Galdaldini pace, horum autorum constituto interdum cacochymiæ purgatio, à magnitudine cacochyma valde copiosa indicata, & à virium robore valido permissa, ac toleranda, vsque ad lipothymiam rectè molienda venit: non vt lipothymia præsens fiat, verùm tantùm immineat, vt etiam in venæ sectione est exploranda, vt iam ostendi. Quoniam verò sæpè vsu venit, magnitudinem morbi cacochymam vehementer copiosam adesse, humoris molestantis magnam, & copiosam adæquatè indicantem mensuram educendam, viribus tamen imbecillibus præsentibus, proinde tunc per vices plures, seu per epycrasim humores vacuandi sunt, vt Hippocrates ait, *paulatim verò quod fit tutum, &c.* ea propter Galenus hanc rem confirmando exarat. *Oportet nanque; vbi indicationes ita sibi aduersantur, & paulatim, quod vitiosum est vacuare, & paulatim inuicem, quod salubre est, pro ea reponere, id est reficere, vocant medici eiusmodi vitiosi succi curationem Græcè epicrasim.* Cæterùm vbi magnitudo cacochyma valde copiosa introspicitur, tamē vires ità imbecillæ se habent, tum ratione sui, tum ratione alicuius symptomatis adeò vires prosternentis, vt penitus nullam admittat purgationem, vt est oris ventriculi angor à Galeno tradita, & à Paulo confirmata ex Hippocratis decreto. Vnde tunc, & vnctionibus, & frictionibus, & alijs internis præsidijs id symptoma de medio tollere cogimur, & exinde vitiosos humores præparare, ac denique educere.

Quoties morbi magnitudo cacochyma summè copiosa fuerit, & virium robur permittens ad animi et defectum purgandum est.

Cui magnitudini extremè copiosæ, etiā prauitas insit, & celeriter fluēs, seu fluxura quoque simul sit.

Obiectio ab Augustino Galdaldino facta.

Quæ obiectio Hippocratis decreto eripitur.

Purgatio ad animi deliquiū agenda, non vt deliquiū præsēs sit, nec incipiēs verum tantum imminens.

Si vires autem debiles fuerint, tunc pluribus vicibus purgandū venit.

A

13. Meth. c. 6. 6. Epid. c. 2. t. 11 & 2. aph. 17.

Com. 1. aph. 21.

B

1 Aph. 23.

2. Aph. 51.

C

9. Meth. c. 10.

12. Meth. c. 3. Lib. 2. c. 17. 4. De vict. rat. in mor. ac. t. 41. & 44.

CAPVT VII.

Magnitudinis morbi cacochymæ, copiosæ signa diagnostica traduntur.

Magnitudini cacochymæ copiosæ particulares notæ.



Orbi autem cacochyma magnitudo, quò ad copiam appellata, vasorum capacitatem replens, à vasorum quidem repletione, ac extensione, simulque obstructione magna innotescit; quę vtique à partibus sua natura spongiformibus intensiones, ac in tumores elatis dignoscitur, dum mēbrum aliquod ipsius naturæ ex raro, moli, vacuo, & paruo, cacochymiæ copia repleatur, necessariò non nisi densum, durum, & amplum etiam euadit, vt ventriculo, pulmoni, hepati, lieni, mammis, mesenterceo vtero, vesicæ, & rectis abdominis musculis facilè contingit; si cacochyma magnitudo talis alicuius harum partium particularis fuerit. Sicuti vniuersalis magnitudo ipsa cacochyma, facilè dignosci poterit, cùm ea in cachexia, anasarca, seu hyposarca etiam leucophlegmatia vocata, & in ascite insit. At verò cruditatum pituitosarum, & acrium, seu mordacium primæ, secundæ, tertiæ, & quartæ cruditatum regionis notæ alioopere, de cruditatibus rectè dignoscendis, rectèque curandis inscripto à me traduntur. Alia verò morbi magnitudo cacochyma, quò ad oppressas vires nuncupata, ex virium herclè affectarum ipsa oppressione facilè nota effici poterit, æquè tum particularis, tum vniuersalis. Potissimùm verò hypocundriorum dolor grauatiuus, ac tensionis sensus nedum magnitudines cacochymas ostendunt, verùm etiam flatuosas affectiones à crassis, & viscosis humoribus obstru-

Magnitudinis morbi cacochymæ copiosæ vniuersalis notæ.

Magnitudo morbi cacochyma copiosa quo ad oppressas vires suis notis patet.

D

5. De loc. aff. c. 7.
Et Idem ait de sal. dieta Hipp. t. 30.
4. De men. sani. c. 5.

A obstruentibus exortas denotant; ac tunc præcordia talia, seu hypocundria turgida, & inflata iurè meritò appellantur, quæ omnia ex Galeni autoritatibus, ad verbum exhaustis comprobare hoc modo valeo, *obstructiones à crassis, & viscosis humoribus spirituosa, seu flatuosa distensiones, idque in extremis vasorum partibus, quæ ex venæ ipsius portis exoriuntur. Has quidem obstructiones sequitur grauitatis sensus, qui dextero hypocundrio, aut sinistro incumbat. Quod si habituosis quoque spiritus, cui non pateat exitus, ibi concludatur, non solùm grauitas, sed tensionis etiam sensus sequitur,* & alibi ait, *præcordia istiusmodi omnibus turgida, inflataque sunt, ac facilè quicquid assumpserit in flatum vertitur.* Quot autem, & quænam facultates ex cacochymia copiosa lædi valeant, inferiùs patebit in tribus huius libri postremis capitibus, vbi morbi cacochymam dilucidabo magnitudinem; quæ ex facultate affecta emergit.

CAPVT VIII.

Magnitudo morbi cacochyma, quò ad qualitatem intemperata, vnà cum suis differentijs exploratur.

Magnitudo morbi cacochyma intemperata quadruplex est: calida scilicet, & frigida, & humida & sicca,
Ac etiam aliæ quatuor, ex ijs simplicib. cōpositæ magnitudinea cacochymæ intēperatæ sūt.
Quælibet harū magnitudinem sibi contrariam & proportionatā exoptat purgationem.

Hipp. de prisca med. p. 23.
Et 10. meth. c. 10.

B Magnitudo autem morbi; quæ à cacochymia qualitate intemperata peccante prodit, cacochyma quidem, & quò ad qualitatem, & intemperata sua nomenclatura iurè meritò appellari potest; verùm sicuti ipsa magnitudo in quatuor primis qualitatibus, quatuor modis etiam intemperata, & vitiosa reperitur: sic etiam à cacochymia vitiosa, quatuor modis intemperata exoritur. Quo circa magnitudo ipsa, vel calida, vel frigida, aut humida, aut sicca se habet, si simplex accipiatur, sicuti etiam si composita sit, vel erit calida, & humida, vel calida, & sicca, vel frigida, & humida, aut frigida, & sicca; eanque sanè ob causam octo quidem erunt differentiæ huius magnitudinis intemperatæ; octo etiam sibi contrarias adæquatè purgationes sua natura indicantes; nam magnitudo calida frigidam euacuationem, magnitudo verò frigida calidam purgationem petit. Sicuti magnitudo humida siccam purgationem insinuat, veluti è diuerso magnitudo sicca humidam purgationem flagitat: sic etiam calida, & humida magnitudo frigidam, & siccam purgationem moliendam indicat, & sic aliæ tres compositæ magnitudines sibi contrarias, & proportionatas exoptant purgationes. Magnitudo autem cacochyma simplex calida adæquatè à calida emergens cacochymia, purgatione quidem refrigerante, humores calidos educente, eripitur. Sicuti etiam magnitudo cacochyma simplex, siue frigida, siue sicca, siue humida à sibi pro-
C portionata cacochymia prodita, purgatione vtique ei contraria molienda tollitur, siue calida, siue humida, siue sicca fuerit purgatio: & si per accidens euacuatio copiæ administrata, refrigeret, calfaciet, humectet, & exiccet, præsentem scilicet caliditatem, frigiditatem, siccitatem, seu humiditatem humoralem, vnà cum ea cacochymia calida, frigida, sicca, seu humida subtrahendo. Tamen quæcunque morbi magnitudo cacochyma intemperata, siue calida, siue frigida, siue sicca, aut humida sibi contrariam eius causæ immediatæ magnam, & citam indicat sublationem, per se, exactè, propriè, proximè, seu primariò, vbique, semper, & quatenus ipsa, nempe sua natura: siue frigidam, siue calidam, siue humidam, aut siccam. Secundariò verò, & consequenter magnum euacuans cacochymiæ remedium flagitat, vel refrigeratiuum, vel calfactiuū, vel humectiuum, vel siccatiuum. At verò etiam à Galeno existimatur sanguinis calidi, & sicci emissionem per accidens refrigeratiuam, & humectiuam esse: Et Hippocrates bilis in corpore, à maximo calore exortę morbi magnitudinem cacochymam immiuentem gignentis eductionem refrigeratiuam, & humectiuam esse, censuit; vbi ait *quam citissime medicamentum purgās exhibeto, siue sursum, siue deorsum tibi opus esse videatur.* Ac eo magis refrigeramus, si cassiam lenientem, aut syrupum ros. solutiuum præbeamus, mox serum lactis caprinum ægrotans superbibat. Quoties ergo magnitudo morbi cacochyma calida, & sicca, igneaque fuerit, ibi certè eam ma-
D gnam, & citam eius cacochymiæ, ceu causæ immediatæ sublationem indicabit refrigeratiuam, & humectiuam. Sicuti vbi magnitudo morbi cacochyma frigida, & humida sit, vt cachexia est, ab aqua, seu à pituita promanans, tunc sanè ait Hippocrates *medicamenta deorsum purgātia exhibenda, quibus aqua, aut pituita purgatur,* tanquam ea medicamenta, quę cacochymian frigidam, & humidam vacuando, calfactiuam, & exiccatiuam purgationem inferunt: vltra quòd etiam ea medicamenta valde acria, & mordacia per se alterando corpus humanum, valde calfaciunt, & exsiccant, cum Hippocrates dixerit, *aluum subducentia extenuant, eadem calfaciunt.* Pariter verò in lienis magno cacochymo tumore frigido, & humido, calfactiua, & siccatiua purgatio necessariò conuenit ab Hippocrate statura, hoc modo, *Medicamenta, per quæ aqua purgetur potui exhibeto.* Cęterùm magnitudo morbi cacochyma frigida, & sicca, à terrea, & melancholia, seu atrabilari cacochymia exurgens, non ne magnam, subitanq. terreę illius frigidę, & siccę cacochymię sublationem insinuat? Sed locus dubitationis modò inuenitur, quomodo magnitudo morbi cacochyma calida, & humida reperiatur; cùm ea sanguinea ab vnico succo constituatur magnitudo,

non

10. Meth. c. 10.
De affect. p. 39.
Lib. de affect. p. 533.
De loc. in homine 420.
De locis in homine 420.

Quomodo omnis morbi magnitudo cacochyma intemperata purgationem sibi contrariam insinuet.
Magnitudo Intēperata calida & sicca à quo eueniat.
Purgatio refrigeratiua, & humectiua.
A quo magnitudo intemperata frigida, & humida producatur.
Purgatio calfaciens, & exiccans.
A quo magnitudo cacochyma intēperata frigida, & sicca emanat.
Purgatio calida & humida.
Quomodo magnitudo morbi cacochyma intē perata calida, & humida reperiatur indicans purgationem refrigerantem, & exiccantem.

non autem ab vna specie tantùm cacochymiæ. Cui dubio respondeo, hanc magnitudinem cali- A
dam,& humidam, ex duobus cacochymijs seorsum contrarijs simul comixtis consurgi; nimirũ
ex bile, & pituita, seu seroso succo, vincente bilis caliditate, & pituitæ, vel aquosi humoris hu-
miditate prædominante: vt in articulorum maximis doloribus ab his humoribus ità intempe-
ratis obortis vsu venit; & in ædemate, erysipelatode, & alijs ijs similibus magnis affectibus ca-
cochymis caliditate, & humiditate intemperatis contingere solet. Ac tunc sanè ab ea magnitu-
dine, magna eius causæ immediatæ sibi contraria, & subita indicatur subtractio, refrigeratiua, &
exsiccatiua molienda. At verò cum qualitates gustabiles magnam habeant vim, in arte medica,
ex parte artis sensibilis, vt libro primo de medicinæ certitudinæ iam demonstraui; proinde à ca-
cochymiæ qualitatibus gustabillbus statum naturalem excedentibus, plures cacochymæ morbi
oriri possunt magnitudines; cùm talis magnitudo amara, salsa, nitrola, acida, acris, seu mordax
esse valeat; ac tunc ingens cardialgia, vlceratio, errosio, thoracisque lancinatio oxoriri solet; vt
Hippocrates ait. Vlteriùs, & pruritus, & sensus vlcerosæ lassitudinis, magnum venturum denun- De prisca medicina 13.
cians morbum, & vigiliæ, & mæror, & mæstitia, & animi motus cum terrore, à mordaci, & acri
cacochymia emergere valent. Quocirca ibi humorum qualitatum gustabilium, infęstantium
magna, subitaque insinuatur purgatio, vt in octaua, & decima humorum differentia cap. 14. &
& 16. libri secundi huius operis sigillatim declarabo. B

Magnitudo morbi cacochymæ quo ad qualitatem etiam in secundis inuenitur qualitatibus, quæ in arte medica magnam obtinent vim.

CAPVT IX.

Magnitudinis morbi cacochymæ intemperatæ notæ indagantur.

A quibus notis magnitudines morbi cacochymæ quo ad qualitatem, seu intemperatæ nuncupatæ dignoscantur.

QVæcunque verò cacochyma morbi magnitudo, quò ad qualitatem vocata, &
intemperata vtique dignoscitur, à speciebus cacochymiæ quatenus hæ intempe-
ratæ sunt. Species verò intemperatæ cacochymiæ, & à statu cœli intemperato
elapso, & à victus ratione præcessa intemperata, & ab exercitationibus intempe-
ratis, vel ocio extremo, & à consuetudine cumuli cacochymiæ, intemperie pec-
cantis, & ab animi perturbationibus transactis, nec non simul ab excrementis
exeuntibus intemperatis cernitur, ac tandem ab accidentibus, quę illius cacochymiæ intempe-
riem sequuntur, elucescit. Quandoquidem cacochymiæ species biliosa, calida, & sicca, hinc
etiam ignea introspicitur. Species verò cacochymiæ pituitosa, frigida, & humida, consequen-
terque etiam aquea habetur. Sicuti melancholia, & bilis atra, terrea, frigida, & sicca reperitur.
Cacochymię, verò intemperata species calida, & humida, simplex nequaquam reperitur; tamẽ
ea componitur ex comixtione bilis, & pituitę, seu humoris aquosi, dum bilis caliditas prędomi- C
nium obtinet, cuius siccitas ab humiditate pituitę, vel aquosi humoris vincitur. Cęli autem sta-
tus æstiuo tempore in plerisq; intemperatus in caliditate, & siccitate apparet; qui status ab Hip
pocrate squalidus appellatur, sicuti è conuerso hyemali tempore cœli status frigidus, & humi-
dus intemperatè se habet. Tempore verò autumnali in plerisque frigiditati, & siccitati intempe
ratè proportione respondet. Quò circa eo tempore non nisi excrementa necessariò terrea, frigi-
da, & sicca cumulantur. Victus autem ratio an intemperata sit omnibus intemperijs, vel non
patet ex Hippocrates sententia; nam ea cibaria, *quæ à natura superari non possunt*, tum sua propria Lib. de prisc. med. p. 14.
substantia, tunque proprio suo intemperamento *dolores, morbos & mortem afferre possunt*. Nun-
quid autem vehementes exercitationes cacochymiam intemperatam, igneam, & siccam gigne-
re valeant, experimento quotidiano clarè perspicitur; vt etiam Galenus fatetur, sicuti etiam ni-
mium ocium succum frigidum, & humidum, simulque vitiosum procreat. Pręterea animi per-
turbationes non nisi cruditates, homini intemperato proportione respondentes producere pos-
sunt. Quomodo autem excrementa intemperata, exeuntia notę habeantur; vnicuique arti me-
dicę operam danti, manifestum est. Quemadmodum etiam accidentia, ex cacochy-
mia intemperata prodita facilè noscuntur, potissimùm vbi hęc accidentia in
partibus aliquibus insint. Cùm pars affecta ex quinque signorum D
diagnosticorum generibus inotescat, nimirum à natura,
seu partis formatione, & à situ regionis
membri lęsi, & à facultate mem-
bri offensi obnoxia, &
ab excremen-
tis
exeuntibus mutatis, & à Symptomatibus,
quę ex eo membro lęso
emanant.

Pars læsa à quinque notarum generibus elucescit.

A

CAPVT X.

Magnitudo morbi cacochyma impura vocata, cum suis speciebus dilucidatur.



Æterùm magnitudinis morbi cacochymæ tertium genus à cacochymia impura quidem prodit, tanquam à sua causa immediata; proinde magnitudo hæc generica impura nuncupati valet, vt ante cap. 4. iam dictum est. Impuritas autem cacochymiæ accipitur quidem, prout contradistincta sit à purificatione, seu depuratione quatuor humorum massæ humoralis, dum ab ea cacochymia impura talis humorum massa deturpatur. Hinc, vt antea dictum est, purgatio aluina nil aliud quidem est non nisi eam succorum massam coinquinatam purificare, seu depurare, deturpationem eam eripiendo. At verò quoniam sicuti cacochymia impura, vel excrementosa, vel putrida esse potest: sic pariter cacochymam magnitudinem impuram, vel excrementosam vel putridam sibi proportionatam efficere potest. Quæ sanè purgationem depuratiuam sibi adæquatam etiam vel excrementosam, vel putridam indicat, vt etiam de magnitudine sanguinea impura dictum est. Insuper sicuti cacochymia excrementosa, vel biliosa, flaua, vel atra, seu melancholica, vel pituitosa, seu aquosa habetur, vt cap. sexto iam dixi Galeni sententia, hinc etiã flaua, & nigra, & alba, sic etiam necessariò magnitudinem cacochymam sibi proportionatam gignit biliosam, flauam, atrabilarem, & melancholicam nigram, & pituitosam albam, aut aquosã similiter albam. Magnitudo autem cacochyma putrida triplex vtique reperitur, vel enim toto genere præter naturam putrida est, ab humore penitus putrefacto emanans, qui cum nihil ad benignum secùndum naturam redigi queat, illico adimendus est, magna alui eductione molienda; vt libro sequenti cap. 13 videbis, vel parum est à statu naturali actu recedens, verum potestate proxima, magna putrida imminens est, seu incipiens, & hæc, ne fiat, methodo præseruatiua, magnam cacochymię putrescendę, & citam indicat purgationem depuratiuam; vel medio modo semiputrida cernitur, & hęc partim, ne fiat methodo pręseruatiua, partim verò, vt actu facta methodo curatiua magnam cacochymię ęquè tum putrescendę, tum putrefactę, seu eius causę immediatę, & subitam insinuat subtractionem depuratiuam.

Magnitudo morbi cacochyma impura, & excrementosa, & putrida esse valet.

Magnitudinis ipsius impuræ excrementosę differentiæ connumerantur.

13. Meth. c. 6. & 6. epid. com. 2 t. 13. & 2. aphro. 87.

B

Magnitudo morbi cacochyma impura putrida tres possidet differentias.

Obiectio. Verùm hic dignè obiectio emergit, cùm genus hoc magnitudinis morbi cacochymę superfluum videatur constitutum esse; quoniam magnitudo morbi cacochyma genericè ab alijs magnitudinibus distincta illa est, quę vt talis vrget, vel lethaliter, vel admodum nostras lędendo actiones, vel tędiosa, ac rebelli est vrgentia; Sed magnitudo hęc, vt impura non vrget, ergo magnitudo ipsa generica constituenda non est.

C

Solutio. Cui respondeo *impura corpora* ab Hippocrate vocata, ea quidem esse, in quibus *mali succi collecti prius concoctio vitiatur, nouum accedens alimentum. Quo fit, vt cacochymiæ quantitas* à nimio alimento assumpto *augeatur, & retineatur qualitas. Id verò maximè fieri solet, quum venter prauis quibusdam humoribus refertus fuerit*, vt ait Galenus. Quocirca cacochymia ipsa ab his autoribus vtique, vt copiosa, & vt prauus succus qualitate intemperatus peccans, nec non qualitate impurus vitiosus sit, corpora humana coinquinans. Ea propter sicuti & copia, & qualitate intemperata, & gustabili insalubri, cacochymia morbi cacochymam producere valet magnitudinem, ijs proportionatam, sic etiam cacochymia vt impura tantùm morbi cacochymam sibi adæquatam efficere potest magnitudinem impuram prauam; nam cacochymia prauus succus non modò reperitur, in prima qualitate, & in qualitate gustabili; verùm etiam in qualitate impura, vel excrementosa sua natura specifica praua, vel putrida. Vnde negatur minor: quia hæc magnitudo morbi cacochyma impura sua natura vrget, quatenus valde lędit, ob impuritatem pręternaturalem, & vitiosam. Sicuti quoque omnis eius species vrget, nempe magnitudo morbi cacochyma impura excrementosa valde lędendo, ob impuritatem excrementosam pręter naturalem, & infestantem, vrget nec non magnitudo morbi cacochyma impura putrida vehementer offendendo, ob impuritatem pręter naturalem affligentem, vrget. Eanque sanè ob causam quęlibet catum magnitudo, vt vrget, magnam eius causę immediatę, & citam flagitat sublationem, depuratiuam, magno cacochymiam euacuante administratam remedio.

2. Aph. 10.

Cacochymia prauus succus est tripliciter, tum in primo qualitate, tum in qualitate gustabili, tum qualitate impura æquè tã excrementosa, quam putrida.

D

CAPVT

A

CAPVT XI.

Magnitudo morbi cacochyma impura, & quælibet eius species, quibus notis cernatur, disquiritur.

MAgnitudo autem morbi cacochyma, hactenus declarata, impura, sua natura vrgens ijsdem modis, quibus magnitudo morbi intemperata cacochyma reperiri potest, dignoscitur. Cùm autem magnitudo hęc vel excrementosa, vel putrida intrespiciatur, primò quomodo ea excrementosa dignosci valeat, subinde verò quomodo alia putrida elucescere possit, explorabo. Ipsa itaque excrementosa à speciebus, vt coloratis cacochymiæ cernitur. At verò species excrementosa cacochymiæ impuræ primò à Cœli statu præterito, in quo iam ea species exorta est, facilè inuenitur. Quandoquidem sicuti æstiuo tempore flaua cacochymia, & vitellina, & crocea emergit: sic etiam quidem hyemis tempore cacochymia alba, nedum impura, verùm etiam cruda promanat. Pariter autumnali tempore cacochymia nigra facilè cumulatur. Insuper à victus ratione, antea elapsa, tãquam à causa procatartica, seu antegressa quælibet cacochymia impura haud difficilè indagatur; nam si victus ratio frigida, & humida fuerit, procul omni dubio tũc nõ nisi cacochymia alba, & cruda progignitur, sicutià victus ratione calida, & sicca necessariò tantum cacochymia, flauo colore tincta prodit, quemadmodum etiam à victus ratione frigida, & sicca necesse est, quòd solummodo cacochymia impura nigra oboriatur. Vlteriùs à vehementi exercitatione, deambulatione cacochymia duntaxat ignea, impura, & flaua emergere potest, sicuti à nimio ocio perpetuò cacochymian impuram, albam, & crudam gigni æquum est. Præterea ab animi perturbationibus, mærore, & mæstitia iunctis, nec non à morbis longis non nisi vtique cacochymiæ impuritatem nigram exoriri posse, reor. Quæcunque autem cacochymia impura semper ab excrementis exeuntibus facilè aprehendi potest. Porrò accidentia, quæ cacochymiæ impuræ superueniunt nobis cacochymiam impuram, aut albam, vel flauam, aut nigram esse, ostendunt; maximè quoties hæc accidentia partibus nonnullis inhærescunt; quoniam quælibet pars læsa, & à natura formationis partis læsæ, & à situ regionis particulæ offensæ, & à facultate illius particulæ affectæ læsa, & ab excrementis exeuntibus mutatis, & à symptomatibus, quę ex ea particula obturpata emergunt, certè dignoscitur. Sicuti itaque cacochymia impura excrementosa qualis est, eam partem deturpans, talis assiduè quoque ijs modis adæquatè nobis manifestatur. Alia vero magnitudo cacochyma impura putrida facile ex putredine dignoscitur. B C

CAPVT XII.

Magnitudo morbi cacochyma, quò ad motum, ad aliquam partem terminatum, genericè accepta cum suis speciebus declaratur.

Quo ad motum magnitudo morbi cacochyma vel iã fluxa est. Vel non dũ fluxa, q̃ aut fluens est, & incipiẽs, aut fluxura, & imminens.

Et vnaquæque istarum purgationem ei cõtrariè proportionatam indicat.

Quomodo hæc magnitudo iam fluxa indicet.

QVartum autem magnitudinis cacochymæ genus, quò ad motum ad aliquam partem læsam determinatum, acceptum in duas diuiditur differentias; quarum alia; vel iam fluxa est in aliqua parte affiicta, vel nondum fluxa, & hæc fanè iterum subdiuiditut. Quandoquidem, vel fluens est, & incipiens, aut fluxura, & imminens, quo circa huius magnitudinis tres quidem sunt differentię; vel enim iam fluxa, & præsens à Galeno vocatur, aut fluens, & incipiens, non completo principio; eò quia tunc præsens esset, non autem incipiens, vt à Galeno appellatur. Alia verò fluxuram se habet, quæ ab eodem autore imminens dicitur. Quælibet autem istarum magnitudinum subitam, simulq́ue magnam eius causæ immediatæ, & sibi contrariam indicat euacuationem; nam magnitudo præsens, & iam fluxa, non exiguam fluxæ cacochymiæ euacuatiuam, & exoneratiuam indicat purgationem, cæterùm quoniam cacochymia collecta, & infixa, vndique firmata in aliqua parte nunquam solutiuis medicamentis cedit, vt Hippocrates, & Galenus affirmatunt, vt etiam experimento quotidiano id non obscurè patet, ideoque priùs concoquenda est ea cacochymia, & postea in morbi declinatione, ne iterum cruda fiat, educenda est; vt abundè demonstrabo libro sequenti cap. terrio, vbi de secunda cacochymiæ differentia educenda verba faciam. Quam fanè ob rem, tametsi magnitudo ipsa humorum purgationem indicauerit, nihilominus à cruditatibus, solutiuis medicamentis, nihil cedentibus prohibetur nè talis purgatio administranda sit nisi ea fiat ratione adhuc fluentis magnitudinis, aut fluxuræ; Vnde magnitudo ipsa, iam fluxa cacochyma, cùm semper aliæ magnitudini sanguineæ annectatur, proinde in principio, & in augmento venæ sectione magnitudo ea sanguinea tollitur, partinq; etiam ipsa cacochymamagnitudo, cum alia sanguinea in venæ sectione molita, egreditur; quia cruditatis

D De cur. rat. per sang. miss. c. 9.

4. De vict. rat. in m. a. t. 31. & 22. & in epist. de uer. purgatione.

A cruditates, quæ medicamentis solutiuis non cedunt, venæ sectioni cedere coguntur; vt iam dictũ est libro secundo de morbi magnitudine sanguinea capite duodecimo. Secũda verò differentia, quæ magnitudo fluens, seu incipiens habetur, magnam fluentis cacochymiæ sibi contrariam, & citam deriuatiuam exoptat euacuationem. Sicuti alia fluxura, ac imminens eximiam fluxuræ cacochymiæ ei contrariam, & subitam reuulsiuam flagitat purgationem. Cùm autem iam dictum sit, reuulsionem à longinqua parte, & per antispasim, hoc est per contrarium, rectitudine seruata, catèxi græcè vocata, & per longitudinem fieri debere. Proinde purgationis reuulsiuæ duæ tantùm sunt species sursum, deorsumque vomitiua, ac derectoria. Ad hæc etiam dictum est, deriuationem à parte propinqua effici debere, cum ea tum euacuet, tum reuellet, partinque per contrarium euertat, seruata etiam catèxi, & ad latera; Ideo quęlibet deriuatiua purgatio, seu vomitiua, aut aluina, semper ad introrsum molienda venit, vel sit magnitudo morbi cacochyma incipiens, & fluens ad partem sinistram, siue dextram, siue anteriorem, siue posteriorem, vel ad circunferentiam. Hæ autem magnitudines duæ posteriores, vel in corpore sano, ab alto cadente, vel percusso seu vulnerato adesse possunt, de quibus dicam libro sequenti cap. 7. vel in corpore ægrotante, quarum doctrinam tradam libro sequenti c. 6. quomodocunque ea fluxio fiat, vel per
B attractionem, vel per receptionem, ac transmissionem.

Quomodo fluẽs indicet.

Et quomodo alia fluxura indicet.

Omnis deriuatiua purgatio ad introrsũ fit.

2. De mag. sang. c. 10.

Ibidem.

CAPVT XIII.

Magnitudinis morbi cacochymæ fluxæ, fluentis, & fluxuræ notæ inuestigantur.



Agnitudo autem morbi cacochyma iam fluxa, & præsens, à tumore quidem magno dignoscitur cacochymo. Cum tumor verò cacochymus siue ędema legitimum, seu erysipelas legitimum, aut scirrhus legitimus sit, vel extrinsecus, vel intrinsecus habetur; ac vterq; proprijs vtique dignoscitur signis. Potissimum autem extrinsecus sensu tactus, & visus percipitur. Sicuti intrinsecus à partis læsæ formatione, & regione, & à læsa membri obnoxij offensa facultate, & ab excrementis exeuntibus, ac deniq; ex accidentibus ex particula affecta superuenientibus, nobis notus fit. Quemadmodum magnitudo cacochyma fluens
C incipiens ijsdem cunctis signis incipientibus, sibi proportionatis, innotescere potest. An verò magnitudo hæc per attractionis, vel receptionis modum oboriatur ex his dignosci valet; Nam si primo modo emergat, necessariò vel ex dolore ingenti, vel ex calore, præternaturaliter superaddito attrahente, inuenitur; si verò secundo modo fiat, tunc ex parte imbecilli frigiditate, & humiditate intemperata, & laxa, seu defectiua, facilè agnoscitur. Magnitudo verò morbi cacochyma fluxura, & imminens omnibus ijsdem notis imminentibus nobis patere valet; sicuti nanque magnitudo iam facta est, ità & signa, sibi proportionata iam facta semper sunt. Pariter quemadmodum magnitudo incipiens se habet, eodem modo signa etiam sibi adæquata debent incipere. Denique sicuti magnitudo morbi humoralis imminens reperitur: sic etiam signa sibi æquipollentia imminentia perpetuò esse debent.

CAPVT XIIII.

Tria magnitudinis morbosæ genera esse, sex verò eiusdem differentias, itidem dilucidandas, proponitur.

D



Actenus magnitudinis morbi humoralis, vt cacochymæ generibus, simulque speciebus omnino declaratis, ideo nunc ad magnitudinem eandem, vt morbosam patefaciendam accedere æquum est. Tria itaque huius magnitudinis morbosæ inspiciuntur genera, & si à Galeno duo tantùm exprimantur; aliud verò supponendum. Quandoquidem primum genus à distantia recessus à statu naturali desumpta habetur; Secundum verò à propria partis læsæ substantia suo originali & proprio temperamento iuncta introspicitur. Tertium denique à facultate membri affecti obnoxia inspicitur. Galenus verò duo prima genera tantùm expressit hoc modo, *Magnitudinem verò duplicem esse, vel propriæ substantiæ virium ratione vel declinationis à naturali habitu.* Substantia verò facultatum propria triplex est, vt potè partes solidæ, spiritus, & genus carnosum; *Quoniam virium substantia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur*, nam corporibus solidis calor insitus sua natura annectitur; qui virium quidem, & facultatum omnium corporis nostri primus motor corporeus, seu agens corporeum salubre, & insalubre inuenitur. Facultates verò, seu virtutes in spiritu hercle insunt, tanquam

Tria magnitudinis cacochymæ morbosæ genera sunt.

Primum genus a recessu a statu naturali.

Secundũ à parte læsa.

Tertium vero à virtute affecta accipitur.

Gal. vero duo tãtum genera expressit, ac vnum supposuit ger.

Nam tertiũ supposuit 11. met. c. 3. cuius differẽtias declarauit 7. meth. c. 10.

11. Meth. c. 3.

Ibidem.

in calidi innati substantia; in specie verò carnosa reperiuntur veluti in partium solidarum indumentis, vt etiam dictum est tam in libro primo de medicinæ certitudine, quàm in libro secundo de magnitudine sanguinea capite decimo quarto. Tertium autem genus Galenus supposuit, vt antea asserui. Tres verò differentias secundi generis idem constituit hunc in modum. *Cùm enim trifariam non hæc modò vitia, verùm etiam reliqua omnia grauia, magnaque reddantur, nempe vel propter afflictæ partis præstantiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propterea quod sunt cacoethæ*, sicuti etiam alias tres tertij generis assignat differentias, hoc modo. *Alia, quæ ex læsa actionis præstantia præstatur. Alia, quæ ex propria affectus essentia; ac tertia, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur.* Quæ sex differentiæ vndique dilucidandæ veniunt.

(Secundū genus tres cōtinet differentias.) (Tertium genus alias tres habet differentias.) (4. Meth. c. 6.) (7. Meth. c. 11.)

CAPVT XV.

Prima secundi generis magnitudinis humoralis, & morbosæ, vt morbosæ differentia, ex loci læsi propria substantia, suoque originali temperamento iuncta exhausta, explanatur.



Rima verò secundi generis magnitudinis cacochymæ, & morbosæ, vt morbosæ differentia membri propria substantia affecta, suo originali temperamento annexa, desumpta *propter afflictæ partis præstantiam* emanans, vel cordis, vel cerebri, vel hepatis est, cùm hæ tres partes præstantiores quidem sint, tanquam tria omnium nostrarum actionum principia nobiliora, vt Galenus ex Hippocratis decreto asseuerat. Magnitudo igitur cacochyma morbosa vel ob cordis læsi, vel cerebri affecti, vel iecinoris obturpati, nobilitatem emergit. Quandoquidem hæ tres partes alijs cæteris cunctis partibus adeò præstantiores longè inueniuntur, vt ne dum prima omnium nostrarum actionum sint principia, ad indiuidualem hominis conseruationem possidendam; verum etiam ad perdurationis perennis successiuè adhibitæ humanæ speciei facultatem continendam. At verò pro integra dilucidatione, aduerto hæc tria principia vel essentialiter lædi posse, vel per consensum à toto genere venoso, aut ab aliqua parte ægrotante; ac tunc vel per consensum ab aliqua parte ijs partibus principalibus subordinata, simulque deseruiente, & præparante, vt à ventriculo hepati chylum in sanguinem conuertendum disponente, vel à pulmone cordi aerem attrahendo in spiritus vitales conuertendum præmuniente, vt hoc modo calidum cordi insitum, ceu alimento refrigerante, & ali, & refrigerari valeat. Præterea hæ partes principales affici possunt per consensum à parte his partibus subordinata vnà, & inseruiente latoria vocata, vt cor ab arterijs, cerebrum à neruis, & hepar à venis, tanquam à partibus latorijs valde offendi valet. Vlterius illhæc membra præcipua affligi possunt etiam per consensum ab aliqua particula obturpata, ceu à parte solùm ijs membris præcipuis subordinata, vel à liene, aut à chysti felea, siue à mesenterco, pancreo, vesica vrinaria, vasis vreteribus, ac spermaticis, & ab intestinis, tendonibus, musculis, renibus, glandulis, ac tandem à membranis. At verò quoniam quarta partiũ humani corporis differẽtia adest; quæ partes nec principales sunt nec principalibus inseruiunt, nec subordinatæ existunt, at solùm habent vsum, vt articulorum ligamenta, ossa, adeps, pinguedoq; à quarũ cōsensu ea tria viscera affici possunt; licet videatur illhæc uiscera à tertia, & à quarta partium differentia non posse lędi, nisi mediantibus latorijs, antea statutis particulis; cum ab ijs partibus cor offendi nequat, nisi mediantibus arterijs, & cerebrum per neruos, & hepar per venas tantùm affligi valeat. Verum partem præstantem non modo primam partium differentiã esse inuenio, sed ẽt secundam differentiam, quæ partibus principalibus tum deseruit, tum subordinata est, vt ventriculus, & pulmo se habet. Cum aũt magnitudo morbi tũ sanguinea, tum cacochyma triplicem vrgentiam continere possit, vel enim lethalem, vel in eo vt vehementer nostras lædat actiones, vel pro vt tędium inferat magnum, vt vlcera cacoethea contumacia, ac rebellia sunt. Vnde primo, ac secundo modo integrè propria est magnitudo per se vrgens, ac per se eius causæ immediatæ magnam indicans subtractionem, tanquam magnum euacuans humores insinuans remediũ. Tertio verò modo integrè propria non est magnitudo, immo tãtum prout de ea participat vrgẽtia; & ẽt duobus modis, vel nanq; quatenus vlcera à cacochymiæ fluxione, cuius soboles sunt, valde maiora fieri possunt, aut in eo vt eadẽ fluxione, sicuti à medicamẽtis vlcera sanantur, iterũ gignantur, ac ità incurabilia reddantur, magno ægrotãtiũ tædio. Et his duobus modis ẽt magnitudo hæc, non integrè propriè vrgens, per se illius fluentis praui humoris, magnam, & reuulsiuam, seu deriuatiuam indicat eductionem. Præterquam quòd etiam per accidens indicat, nempe quatenus pars vlcerata imminenter à praui succi fluxione aliquo cacochymo tumore magno, superuenturo affici valet, & omnibus ijs tribus modis quatenus aliquod mẽbrum præstans, per consensum offendi possit, hic consideratur. Sicuti ẽt si prima, & secũda partiũ differẽtia essentialiter non sint læsa, verũ ex lęsione tertię, seu quartę differẽtię, magnitudo lethaliter,

vel

(Prima secundi generis magnitudinis cacochymæ vt morbosæ differentia explanatur.) (Quæ ob læsæ partis præstantiam habetur.) (Et quæ cerebri, vel cordis, aut hepatis est potissimum, licet etiam aliarum partium sit, quæ partes aliquo modo præstãtes sunt.) (Hæc tria mẽbra vel essentialiter vel per consensum obturpantur.) (A quibus hę partes nobiliores, per consensum offendi valent.) (4. Meth. c. 6.) (1. Prorrhe. com. 3. cons. 3.)

A vel valde obturpantur, omnino propriè vrgẽdo, eius causæ immediatæ magnam, & citã exoptat sublationem purgante pharmaco moliendam, vel sit magnitudo humoralis morbi malæ confomarionis, vel morbi intemperiei materiæ cacocbymæ iunctæ. Ad hanc itáq; doctrinam Galenus ex Hipp. decretis, respiciendo, exarat *vtique in capitis, ventrisq́; vulneribus præstantiam læsæ partis indicans ventrem autem hoc in loco non solum inferiorem intelligendum, sed etiam superiorem*. Vnde Hippocrates. *His verbis clarè docuit, vlceribus omnibus, & vulneribus quoties præualida sunt, purgationem esse vtilem*, Nempe Hippocrares *purgatio inquiens per aluum plurimis ulceribus prodest, præterea vulneribus, quæ in eapite, quæ in ventre, & articulis, ad hæc ijs, in quibus ossi caries impendet. Præterea, quæ sumuntur, & quæ exceduntur, & herpetibus, & reliquis, quæ vlcera diuturna reddunt, etiam quæcunque deligenda sunt*. In fine verò capitis ait, *incipientem fluxionem ad contrariam trahendã esse, &c. quod à principio hac à longinquo: postea ab ipsis vlceratis partibus sit molienda, &c. pharmacũ quod ad bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendam vim habet*, *dabis* tamen id supponit Gal. quod antea *c*.11. dictum est nimirum *ipsam morbi siue vim, siue magnitudinem appellare velis pro indicatrice quadam purgationis adhibenda statuendam esse* ait enim *pro indicatrice quadam*, nempe pro indicarrice sua natura vrgente primò eripienda, vt alibi conscribit, *in eo quidẽ curationis consilio, quod ab vrgente initur affectus magnitudo perpendenda est*. Quocirca magnitudo hæc pet se, B propriè, & proximè magnam eius causæ immediatæ, & citam indicat subtractionem.

4. Meth. c. 6.

7. Meth. c. 11.

CAPVT XVI.

Secunda generis secundi magnitudinis cacochymæ, simulq́ue morbosæ, vt morbosæ differentia, quæ ex membri affecti propria substantia eius originali temperamento annexa desumitur, dilucidatur.



Ecunda verò differentia morbosi, & cacochymi generis magnitudinis, ex partis propria substantia obnoxia, suo temperamento originali decotata, desumpta *propter affectus magnitudinem* emergens, non modò morbi solutæ vnitatis conspicitur, quoties vlcus, & vulnus adeò magnum, & amplum est, vt sanè id *vel suturis, vel deligaturis esse coniungendum*, verum etiam eò magis longè morbi in- C strumentalis malæ compositionis inspicitur, vt cuiuslibet eximij, & amplitumoris cacochymi, nec non etiam morbi intemperiei à materia cacochyma proficiscentis. Dixi aurem longè eò magis morbi instrumentalis magnitudinem humoralem, & morbosam esse, quã morbi solutæ vnitatis; quoniam, vt iam dudum vidisti, magnitudo ipsa solutæ vnitatis, non integrè propria vrget, nec etiam integrè propria est; tum quia non vrget vrgentia lethali, nec etiã quatenus admodum nostras infestet actiones; verùm tantùm vrgentiæ propriæ particeps est, vrgentia solùm tædiosa, contumaci, seu rebelli, infeliciter etiam hominem quodam modo viuete facienti; tum etiam eò quòd ipsa morbi solutæ vnitatis magnitudo humoralis veget, cum à fluxione humoris ea maior fieri possit; vel etiam in eo, quòd, sicuti medicamentis rectè admotis ipsa magnitudo curatur, simulq́ue sanatur, cùm fluxionis humorum soboles sit iterum, atq; iterum tegigni valcat, & hinc incurabilis ea magnitudo reddatur. Verùm duntaxat prout ea magnitudo solutæ vnitatis tum vulneris, tum vlceris non vrget, nisi prout augeri, aut regigni potest, nõ autem prout aucta, aut regenita sit, nam tunc quatenus aucta, & tegenita magna solutio vnitatis est tantùm per se indicat magnum vniens auxilium esse admouendum; non autem magnum cacochymiam euacuans indicat remedium; & causa huius rei est, cũ ea morbi magnitudo humoralis in fieri, dum suum effectum parit, non amplius in sua natuta manet, verùm solùm in natutã D maioris vlceris, vel in natutam vlceris regeniti transit, cum ergo in alienam naturã transmigrauerit, nempe in naturam magnitudinis penitus impropriæ, per se tantùm magnum vniens indicantis remedium, sequiue quòd nostrum institutum verum sit. Neque mihi obijcias, si asserueris fluxio humorum, dum fluxerit ad magnitudinem solutæ vnitatis, & eam magnitudinem in naturam alicuius tumoris humoralis conuerterit, vt in erysipelam, aut ædema, & scirrhum. Ergo ea fluxio, quæ in fieri est, dum est iam fluxa in eam partem, vlceratam, nonne transit à potentia ad actum? si ibi adest magnitudo morbi humoralis, iam fluxa, facta, & præsens? Præterea fit ea magnitudo solutæ vnitatis intemperata, materiæ iuncta: ergo ea potentia magnitudinis fluxuræ, seu fluentis transit de potentia ad actum, dum fit magnitudo humoralis, iam fluxa intemperata. Nam tibi respondeo dum ea magnitudo humoralis fluxura, seu fluens ad magnum vulnus, & ad magnum vlcus, & efficit partem vulneratam, aut vlceratam, tumore magno affectam, vel magna intemperie læsam. Tunc vtique non est magnitudo solutæ vnitatis, quę transeat in naturam morbi instrumentalis tumorosi, vel quę transit in natutam magnitudinis morbi intemperiei, humoribus annexæ; sed tantùm est pars vlcerata, seu vulnerata;

4. Meth. c. 6.

Ibidem.

Secunda secũdi generis magnitudinis cacochymæ vt morbosæ differentia declaratur. Eaque ob morbi magnitudinẽ spectatur.

Obiectio. Prima ratio huius obiectionis.

Secunda ratio.

Solutio. Ad primam & secundam rationem.

quę acquirit aliam magnitudinem humoralem morbi instrumentalis, & morbi intemperiei A humoralis; cùm multę sint partes, quę has tres morborum magnitudines eodem tempore valeant continere, nimirum, & magnitudo solutę vnitatis, & intemperiei humoralis, & malę conformationis simul esse possunt, nihilominus ea magnitudo solutę vnitatis omnino

Dubium.

impropria se habet nullam per se humorum indicans purgationem. Verum adhuc dubium cadit; eò quia neque à parte tumefacta, neque à parte magna intemperie humorali intemperata magna cacochymię eductio insinuatur; verum dum pars tumefacta, & ad suppurationem apostematis peruenerit, solùm euacuatio puris incisione partis suppuratę adhibenda est, non autem magna humorum purgatione administranda. Pariter membrum humore fluxo intemperatum eductione topica humoris fluxi curatur, vt cerebrū masticatorijs, & nasi purgijs curatur, si hoc modo intemperatum esset; similiter renes, & vesica per vrinam purgantur, vterus

Solutio dubij.

per menstrua, & hepatis pars gibba per vrinam. Cui respondeo quoties membrum aliquod apostematur, priùs quam apostemetur, semper deriuationis gratia debeamus nos, tum ad reuellendos humores fluentes; tum etiam ad euacuandos pro maiori parte eos humores, iam fluxos in partes circumadiacentes membri apostemandi, priùs quàm ab ipsis partibus, circumadiacentibus ad eam partem apostemandam fluant. Sicuti etiam de magnitudine sanguinea phlegmonosa, iam fluxa dictum est loco proprio. Similiter etiam eadem responsione dubio de magnitudine morbi cacochyma, fluente, simulque fluxa ad partem non intemperatam, sed ad partes a- B diacentes partis intemperatę satisfaciam. Insuper eò magis responsum dabo, quòd antequā fiat

Alia solutio.

euacuatio topica, semper teneamur nos maxima euacuatione loci intemperati, vel aluina, vel vomitoria, pluries administrata membrum illud purgare, vt vberrimè dicam, vbi de cruditatibus rectè dignoscendis, rectéque curandis verba faciam. Quandoquidem toto corpore iam omninò tum sanguinis missione, tum humorum purgatione exactè administrata, antequam ad masticatoria, seu nasi purgea accedamus, priùs pilulas capitali præbemus post primum elapsum somnum illicò noctis tempore supet iterum dormiendo: sic etiam de omnibus alijs partibus asserendum esse, clarè perspicitur.

CAPVT XVII.

Tertia secundi generis magnitudinis humoralis, & morbosæ, vt morbosæ differentia, ex partis substantia propria afflicta, suoque originali temperamento ornata, perspecta, declaratur. C

Tertia secundi generis magnitudinis cacochymæ vt morbosæ differentia dilucidatur.

Quæ cacoethis se habet.



Ertię verò secundi generis magnitudinis cacochymę, & morbosę, vt morbosę differentię, ex membri obnoxij substantia propria, suoque proprio, ac originali tēperamento iuncta, desumptę habentur *propterea quod sunt cacoethæ*, quę cacoethę 4.Meth.c.6. magnitudines à Galeno explicantur, hunc in modum *præcipuo vocabulo* quo ad 3.De comp.me. per gen.c.18. nomen *cacoethæ, idest maligna appello*. Verùm hęc magnitudo maligna omninò lethalis non est, immò admodum nostras lędendo actiones periculo referta se habet, vel etiam tantùm parùm nostras offendit actiones, tamen vrget tędiosa, contumaci, & rebelli vrgentia, non integrè propria; vt ex Galeni sententia exhaurio, cùm hęc verba Autor ipse

Morbus cacoethis nō est mortiferus.

nobis consignarit, *cacoethes morbos, idest malignos appellamus, quicunque periculum minentes, spem* Com. 1. prorr. cont.14. *salutis non adimunt. Nam quod summè periculosum existit; non cacoethe, sed mortiferum dicitur*. Postea aliam magnitudinem malignam, tędiosam, contumacem, ac rebellem, explanando, inquit. *vlcera, quæ omnibus ritè decenterque factis, non sanantur, à medicis cacoethe, idest maligna contuma-* Ibidem. *cia, rebelliaque dicunt*. Quam particulariùs alibi dilucidat his verbis *cacoethe vlcera ex dyssepulo-* D *tis clarius intelliguntur; quæ enim ex humorum confluxu, vel multorum, vel acrium oriuntur, sine eo,* 3.De com.med. per gna.c.1. *quòd locus affectus, hanc dispositionem habuerit, vt licet bonum sit quod influit; tamen ipsum locum affectum corrumpat. Dyssepulotis nomino, quæ dictam dispositionem iam obtinet præcipuo vocabulo cacoethe*, idest, *maligna appello*. Quocirca magnitudo hęc maligna est, ob dispositionem eam malā membri, valde offensi; bonum succum ēt in se iam fluxum, corrompentē; ex quo succo corrupto necesse est, vt eò magis is locus obnoxius corrumpatur. Nihilominus ēt magnitudo morbi cacochyma non maligna, sed contumax, diuturna, ac rebellis sine ea loci affecta mala dispositione, vt soboles humorum prauorum, copia etiam peccantium, ad eam affectam partem confluentiū, emergit, magnam indicans purgationem, tum ne ea confluxione augescat, tum ne sua curatio medicamentis, rectè adhibendis, prohibeatur, tamen proprie cacoetis malignus morbus is est eam malam habens dispositionem; *nam morbum constat cacoethe esse, vbi cum rectè omnia administrantur, nihilo fiat mitior* ob eā malā dispositionē. Cęterùm quoq; alio modo hanc cacoethā explanat magnitudinem, quę vt prauorum succorum soboles sit, ob partem sua natura vacuam, ac

imbecil-

A imbecillem, non modò contumax, ac rebellis habetur, verùm etiã maligna introſpicitur, dũ ait.
4. Meth. c. 6. *Quo etiam cacoethe ſtatim fieri quæcunque in articulis accepta vulnera ſunt. Vbi enim tendones, & nerui carne vacua, atque oſſea loca vacua ſunt*, vt oſſium iuncturæ inſpiciuntur, *hic dolores vigiliarum, conuulſionis, delirij periculum inſtat. Iam exceduntur ea, tum cacoethe ſunt, tum malorum ſuccorum ſo-*
3. Epid. c. 3. cõt. 22. *boles.* Aduerto autem Galenum magnitudinem ipſam cacoetham, malignam, etiam mali modi, ſeu mali moris vocaſſe, vt contradiſtinctam à magnitudine ſimplici, quæ cacochymiæ fluentis, & fluxuræ deriuatiua, ac reuulſiua purgatione facta, exinde facilè ſanatur. Inſuper perpende eundem Autorem febres cacoethas mali modi, ſeu mali moris febres, & malignas etiam appellaſſe; Qui morbi magni ſint vt cacoethes.
quæ, vt plurimum, acutæ ſimpliciter inueniũtur. Ex his autem hactenus allatis, plures morboſas, & cacochymas inuenies magnitudines, ſub hac cacoetha comprehẽſas magnitudine: Quandoquidem vel hæc magnitudo maligna inſpicitur, periculo referta, non tamen omnino mortifera, ſed difficilè medicamentis cedens, quæ adhuc vel lethalis eſt, vel noſtras admodum lędẽs actiones conſpicitur; quæ vel morbi inſtrumentalis malæ conformationis habetur, aut morbi intẽperiei humori innexæ; ac harum magnitudinum quæcunq; eius humoris, tanquam cauſæ eius immediatæ, ſibi contrariam, magnam, ac etiam inſinuat purgationem, & hæ omnes magnitudines integrè proprìe exiſtunt. Præterea etiam magnitudo ipſa cacoetha parum noſtras offendens fun-
B ctiones reperitur; quæ vel maligna dyſepulotis eſt, ob malam partis affectę diſpoſitionẽ ſuccum bonum iam fluxum corrumpẽtem oborta, vel maligna propter partis lęſe imbecillitatem ex carnis vacuo exortam, inuenitur. Et quæ prauorum humorum ſoboles eſt. Alia verò datur, quę maligna haud habetur, verùm diuturna, contumax, ac rebellis perſpicitur, non propter eam malam diſpoſitionem bonum ſuccum fluxum corrumpentem, nec ob eam carnis, ſeu oſſis vacuitatem; ſed propterea quòd pars affecta imbecilla apparet, & hinc ad eam ſucci praui fluendo arcẽt, quo minus ea magnitudo curari, & ſanari poſſit, vt in crurum veteratis, & nõ malignis vlceribus vſu venit. Ac hæ tres magnitudines vt vrgentiæ participes ſint, & vt proprìe ſed non integrè, vt capite præcedenti, & libro primo de magnitudine ſanguinea oſtenſum eſt, per ſe proprìe, & proximè eximiam, & reuulſiuam, ſeu deriuatiuam cacochymiæ indicat purgationem. Quarum trium differentiarum Hippocrates meminiſſe mihi videtur, dum hæc protulit verba. *In magna vlcerũ par-*
Lib. de vlcerib. Hyp. ex Foeſ. interprete. *tę inferiorum aluum purgare conuenit, tum etiam in vulneribus capitis, & ventris, & articulorum, tũ in quibus partis corruptela imminet, itemq́, in his, quæ excedunt; & ſerpunt, tum aliàs in his vlceribus,*
4. Meth. c. 6. *quæ inueterauerunt.* Quæ omnia colaudat Gal. At verò dubitatu dignum eſſe inuenies, cum in diſepuloticis vlceribus cacochymia nõ adeſt, immò bonus ſuccus ad partem lęſam ingruit, & ibidem corrumpitur. Ergo ibi non adeſt magnitudo cacochyma fluens, nec fluxura; quæ cacochy- Dubium.
C miæ purgationem indicet. Cui reſpondeo eum bonum ſuccum ad partem affectam confluentẽ ſuperuacaneum quidem eſſe, ac vt ſuccus ſuperuacuus ſit fluxurus, & fluens eſt, ad locum afflictum ingruens; ac tunc quatenus in membrum dyſepulotico vlcere offenſum influit, corrumpitur, ac ideo ea magnitudo humoralis fluxura, & fluens, quatenus in vlcus malignum dyſepuloticum incurabile conuerti valet, eius humoris ſuperflui fluxuri, & fluentis ſibi contrariam reuulſiuam, ſeu deriuatiuam inſinuat purgationem; vt etiam in quacunque morboſa cacochyma magnitudine violenter, & repentè genita, vbi humores ſani ſunt, vt libro ſequenti capite 7. demonſtrabo. Aduerte autem in magnitudine dyſepulotica, vbi magnitudo tum ſanguinea, tum cacochyma adeſt, tamen longè maior ſanguinea reperitur, quàm cacochyma; ſicuti in non dyſepulotica è contra maior magnitudo cacochyma ineſt, quàm ſanguinea. Reſpõſio ad dubium.

CAPVT XVIII.

Prima tertij generis magnitudinis humoralis, & morboſæ differentia, ex facultate læſa relata, patefit.

D

PRima autem tertij generis magnitudinis cacochymę, & morboſę differẽtia, quatenus morboſa cõtinetur, quę ex virtute, ſiue facultate, ſiue actione, ſiue functio- Prima tertij generis magnitudinis cacochymæ, vt morboſa differentia expenditur, quæ ex offenſæ actionis præſtantia deſumitur.
7. Meth. c. 12. ne offenſa reſidet. *Ex læſæ actionis præſtantia præſtatur.* Ipſa quidem ex ſubſtantia
Lib. 2. de mag. ſang. c. 18. tenera virtutis, ſiue facultatis, aut actionis obnoxia pręſefert; quę, cum ex eadem magnitudine morboſa, tamen ſanguinea antea explanata, nec non ex prima ſecundi generis differẽtia capite 15. dudum declarata, ſatis manifeſta vigeat; ideo nunc pauca mihi dilucidanda veniunt. Quandoquidem ex communi doctrina generica magnitudinis morboſę ſanguineę, vt ſanguineę, etiam cacochymę competente magnitudini, ob actionis, ſeu facultatis obturpatę pręſtantiam deſumptę, facilè huius magnitudinis cognitionem adipiſci poteris, cũ hę duę magnitudines, vt morboſę genere conueniant, vt verò illa ſanguinea, hęc autem cacochyma differant ſpecie. Pręterea omnes conditiones magnitudinis cacochymę
4. Meth. c. 6. Cap. 15. morboſę *propter afflictæ, partis præſtantiã* narratę, ẽt huic magnitudini *ex læſæ actionis præſtãtia* acceptę coarctari valẽt. Nã conditiones mẽbris pręſtãtibus aſſignatę, nẽpe cordi, cerebro, iecinori,

ventriculó,& pulmoni,his quidem hæ assignatæ sunt,ob eorum virtutes,facultatesue pręstantes A affectas; vt cerebri virtus imaginatiua,discursiua,seu memoratiua,vel sensitiua,siue motiua obturpata esse valet;& cordis facultas vitalis, aut pulsatilis, vel irascibilis, animosa appellata obnoxia,& hepatis facultas sanguificatrix,vel ventriculi virtus chylificatrix, & pulmonis respiratiua facultas afflicta esse potest. Ipsæ autem facultates præcipuæ vel per prothopatyam, vel ex simphathya, seu consensu aliarum partium, facultatumue non principalium malè afficiuntur; quarum omnium tum partium,tum facultatum non principalium iam fusè memini locis citatis. Speculor autem substantiam suo originali, & proprio temperamento decoratam, virium, seu facultatum tum læsarum,tum non,triplicem esse, & propriam, Nam *virium substantia tum ex spiritu,tum ex carnosa specie, tum ex solidis ipsis completur*. Hæc autem substantia perpetuò sicuti affligitur,necesse est,quòd virtus eius quoque offendatur, Eamque sanè ob causam nulla actio,nullaque virtus afficitur, quin etiam substantia propria, suoque originali temperamento ornata, simul cum suo membro organico lædatur. Principaliter autem omnes humani corporis facultates solùm à partibus solidis,spiritu,ceu cal ido,ijs insito originaliter temperato,decoratis proficiscuntur,vt iam abundè ostendi,vbi de calore naturali disputationem habui.Species autem carnosa duntaxat ad eas partes in suo robore tuendas solidas à Deo,& à Natura procreata est, veluti solidarum partium indumentum. Ea propter illa specie læsa carnosa, necessariò B non nisi partes solidæ quoque obturpantur. Quibus ità obnoxijs,consequenter etiam vires,& actiones non possunt non affici.Pariter cordis solida parte læsa, quæ spiritum gignit,vires quoque, & actiones spiritus cordi insiti affliguntur. Hinc etiam morbi magnitudo cacochyma præstantiæ actionis læsæ,virtutis affectæ pręstantis,non minùs à specie carnosa valde lęsa produci potest,quàm etiam à solidis partibus lęsis,& à spiritibus lęsis gigni valeat. Verùm differenter; quoniam à genere carnoso quidem, vt à fomite,seu à subordinato,ac inseruiente, ac mediātibus partibus solidis affectis, seu mediantibus spiritibus lęsis, magnitudo cacochyma pręstantis actionis lęsę pręcellentis facultatis affectę oboriri valet. A partibus verò solidis offensis,seu à spiritibus obnoxijs magnitudo ipsa immediatè, ac principaliter nullatenus specie carnosa lęsa progigni valet. Pręstantior autem magnitudo cacochyma alia altera est, in eo quòd pręstantior actio lęsa, seu virtus affecta habetur, in pręstantiori substantia, instrumenti offensi implantata; cuius rei,cum iam satis lib.2.de mag.sang.cap.18.meminerim. Ideo hic opus non est, quòd de hac re dicam. Verùm tantùm inquam quòd purgatio maior, aut minor esse debeat,non prout actio,seu virtus loci pręstantioris, aut minùs pręstantis obnoxia fuerit, verùm quatenus fluxio cacochymię suo motu in via disposita ad eam actionem,seu virtutem magis, ac minùs lędendam se habet,ac in eo, quòd ea fluxio cacochymię peioris, aut mitioris sit, C aut motus celerioris,seu velocioris,vel tardioris,vel cacochymię copiosioris, aut minùs copiosę; quarum trium differentiarum humorum, motu peccantium valida purgatione reuellendarum iam Galenus meminisse,mihi visus est,vbi dixit,*quæ enim ex humorum confluxu* nempe veloci,*vel multorum, vel acrium oriuntur*. Nam quo ad principalem aliqua pars principalis lęsa, vt hepar est leuius purganda,quàm pars non principalis,vt lien inuenitur, qui dum lęsus est,admodum purgandus:hepar verò leuiùs liene purgandum, cum Iecur sanguificationis officina sit.

11. Meth.c.1.

De med. cent. lib.1.

Galeni verba.

1.De com.med. per gen.c.11

CAPVT XIX.

Secunda tertij generis magnitudinis cacochymæ,& morbosæ,vt morbosæ differentia, ex virtute contristata perspecta,exploratur.

Secunda tertij generis magnitudinis cacochymæ vt morbosæ differentia explicatur. Quæ ex propria morbi forma in actione offensa desumpta capitur.



Ecunda verò tertij generis magnitudinis humoralis, & morbosę differentia, ex virium substantia propria,suo tēperamento originali prędita, labefactata perpensa quidem est,*quæ ex propria affectus essentia* sua natura magna,seu graui,vel lethali, vel admodum nostras contristante functiones *existimatur*: quę exactè D propria est integrè sua natura vrgens primo tollenda, quę vel pręsens, vel incipiens,aut imminens viget,vel cacochyma copiosa,aut intemperata,vel impura,vel fluens,seu fluxura; hinc per se,exactè propriè, & proximè, vbique, & semper necessariò cacochymię, ceu eius causę immediatę,magnam,& subitam sibi contrariam indicat subtractionem;tanquam eius magnum euacuans insinuet auxilium. Contemplor autem magnitudinem hanc per se vrgentem, lethalem in plerisque ex virtute cordis virali, & pulsatili afflicta emergere; nec non ex hepatis sanguifica facultate valde contristata exoriri:& si etiam interdum hęc ex cerebri facultate obturpata,& à ventriculi chylificatrici virtute admodum offensa,& à pulmonis respiratione abolita imminente promaner; Nā ab his facultatibus admodū lęsis maiori ex parte hęc magnitudo per se vrgens pręsefert,quatenus vehementer nostras malè afficit functiones,quibus hunc in modum labefactatis, etiam in morbis cronicis magnis ità perspectis, semper magnitudo ipsa integrè & essentialiter vrget, infelici, & functionali vrgentia, primò eripienda; purgatione ei contraria administranda.

7.Meth.c.11.

Magnitudo hęc in plerisque ex facultate cordis & hepatis, raro autem cerebri lethalis inspicitur.

CAPVT

A

CAPVT XX.

Tertia differentia tertij generis magnitudinis humoralis, & morbosæ, vt morbosæ, ex virtute labefactata desumpta perpenditur.

7.Meth.c.11.

Tertia tertij generis magnitudinis cacochymæ morbosę differentia patefit. Quę ex facultate, quæ læsū corpus regit, virtutis contristatæ perpenditur.



Ertia autem tertij generis magnitudinis cacochymæ, & morbosæ differentia, ex facultate læsa exhausta, *quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat æstimatur.* Virtutes autem quæ totum nostrum gubernant corpus, à tribus quidem præcipuis emergunt partibus, nimirum à corde, cerebro, & iecinore, veluti à tribus omnium corporis humani operationum principijs. Nam *cerebrum quidem functionum earum, quæ ex voluntate oriuntur, cor vitalium appellatarum, iecur verò earum, quæ alimoniæ inseruiunt, quas & naturales vocant,* & sicuti hæc omnium corporis nostri actionum principia præseferunt, ita pro nostro omnino regendo corpore, secùndum omnes nostras exercendas functiones *arteriam* cor, *& venam* hepar, *& neruum* cerebrum continent, ceu *principia continentia,* & latoria actionum horum trium principiorum, quæ actiones ab his tribus membris effici nequeunt per se solis, immò tantùm arteriæ, venæ, & nerui auxilio. Quandoquidem tametsi cerebrum corpus humanum secùndum principes functiones, scilicet secùndum imaginationem, reminiscentiam, & intellectionem rectè gubernet, non tamen id in sensatione, & motione regere valet, nisi neruorum ope. Pariter licet cor totum nostrum administret corpus circa animosam facultatem etiam irascibilem virtutem appellatam, non tamen id circa vitalem, & pulsatilem functionem, nec etiam circa functionem, nec etiam circa influentem calorem dirigere potest, nisi arteriarum beneficio. Similiter quanuis hepar sanguinem gignat, nihilominus quælibet nostri corporis pars sanguinem alimentalem attrahere nequit, nisi à venis. Hæc igitur magnitudo morbosa, *quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur*, ex aliqua harum facultatum, nostrum regentium corpus læsum afflicta desumi debet, quæ facultas læsa, vel à membro duntaxat affecto emanat, vel tantum à parte latoria; vel ab vtroque obturpato emergit loco, vel sit magnitudo morbosa cacochyma copiosa, vel intemperata, aut impura, vel fluens, seu fluxura. Verùm differentia, quæ inter venas, arterias vnà, & neruos adest, perpendenda venit,

C quatenus istæ partes horum membrorum principalium latoriæ inueniuntur. Quoniam cordi, & cerebro facultates influentes insunt, in hepate verò nulla quidem influens virtus reperitur, vt alias dixi, primo lib. de medicinæ certitudine. Quocirca nerui, & arteriæ cerebri, & cordis latoriæ partes existunt, quo ad facultatem influentem omnem à cerebro per neruos, & à corde per arterias proficiscentem; venæ autem latoriæ iecinoris partes inueniuntur, quatenus quæcunque nostri corporis particula sanguinem sibi adæquatum alimentalem pro suo nutrimento, ab hepate exortum, à venis, tanquam à sanguinis finibus, ad se attrahere potest. Vnde sicuti iecur sine vlla influente virtute, sanguinem, ab eo genitum per venas omnes æquè distribuit; ità etiam æquabiliter sanguis ab vnaquaque particula attrahitur. At verò cor non modò vitali, & pulsatili facultate influendo, totum regit corpus, verùm etiam cor suum calorem, ei insitum, primogenitumque, cæteris cunctis partibus accommodatum, toto corpori influendo, totum regit corpus, suo calore viuido, actuali ex influente eo, & ex membrali composito, atque vigente, id ità conseruando conducit. Alia verò hic pro huius magnitudinis, doctrina vndique patefacienda, addere possem, quæ cum iam statura sint, vbi hanc sanguineam explanaui magnitudinem, iterum frustra non repetam. Verùm tantùm inquam hanc humoralem magnitudinem morbosam per

2. De magn. san. c.20.

D se, & primò primitate vrgentiali primò tollenda eius humoris peccantis, ceu eius causæ syllogisticæ magnam sibi contrariam, & citam iudicare sublationem, purgatione moliendam.

∴

A

CAPVT XXI.

Magnitudinem cacochymam morbi, non vt magnitudinem, verùm, vt morbosam cacochymam, à naturali habitu plùs, ac minùs recedentem, per se maiorem, ac minorem cacochymiæ mensuram educendam esse, indicare, demonstratur.

Mensura remedij agendi simpliciter à morbi magnitudine indicatur.

Mensura verò relata ad aliqd à permittente valido robore vitium desumitur.

A quib. maior, seu minor mensura cacochymiæ educenda elici possit.



Vm remedij quantitas, seu mensura, à morbi quantitate impropriè vocata, nempe, à morbi magnitudine indicetur, Galeni testimonio. Quæ morbi quidem magnitudo solùm per mensuram distantiæ recessus ab habitu naturali deperdito mensurari valet. Quæ sanè magnitudo etsi valde difficilè mensurari possit. Nihilominus ait Galenus eam vtique à natura ægrotantis, & à viribus permittentibus, & ab ætate, & ex tota antea acta vita, consuetudine, iam in naturam aduenitiam conuersa, ex mutatione habitus corporis, ac temperamenti, & coloris, atque ex aere nos ambiente, regione, anni tempore, ac cœli statu, conseruatione, seu varietate, nos indagare posse. Cæterùm non à magnitudine morbi hæc mensura educenda desumitur genericè, cùm quid agendum indicans, non genericum esse debeat, sed specificum. Vnde magnitudo hæc, vt morbosa, & cacochyma est, indicat maiorem, seu minorem humorum mensuram vacuandam esse; prout maius, aut minus peccatum insit copiæ, qualitati, impuritati, ac motui, maiori, seu minori, tollendum; vt etiam de magnitudine sanguinea proprijs locis iam satis demonstratum est. Vnde à specie cacochymiæ, magnitudo vt morbosa & cacochyma vrgens, à qua producitur, & à peccato eius maiori, aut minori, prout magnitudo cacochyma magis, aut minùs distat, à naturali habitu, maiorem, seu minorem cacochymiæ vacuandam mensuram per se indicat. Verùm enim verò mēsura ipsa cacochymiæ educendę, non modò à quantitate, & à specie, & à peccato cacochymię peccantis vacuandę. Verùm etiam à naturæ vitium permittentium tollerantia indicatur. Quo circa perpetuò ad ipsas naturæ vires validas, seu imbecillas, aut medio modo se habentes, oculos dirigere ac intentionem perpendere cogimur, vt iam c.6. ostensum est. Vnde copia cacochymiæ maior, aut minor, vt coindicans mensuram educendam, indicat per accidēs, vt coindicans. Nam indicans, vt vrgens principale per se, certè morbi magnitudo cacochyma est. C

7. Meth. c. 7. & 11. meth. 3. & 3. c. & 9. met. c. 14. & 15. & lib. de artis constitu. c. 22. & 3. de loc. aff. c. 4.

B

7. Meth. c. 3. & 9. meth. c. 9. & c. 14. & 15.

9. Meth. c. 15.

CAPVT XXII.

Omnis morbi magnitudo tam cacochyma, quàm sanguinea ex tribus morborum principijs quidem consurgit, nempe ex mala victus ratione, ex cœli statu incongruo, ac ex violente accidenti Hippocratis decreto.



Æterū, vt cuncta, quę de morbi magnitudine cacochyma, simulq́; sanguinea, hucusq; in medium allata, à me fuere, ad sua generalissima principia perstringam; tum facilioris dilucidationis studio, tum penitioris doctrinę gratia; Hippocratem vtique inuenio, ita exarantem: *Cum tria sint principia, ex quibus morbi oriuntur. Vnum quidem iam à me dictum est, quæque, & quanta in corpore efficiat. Ostendi enim quomodo, & quam ob causam homo nisi repurgetur, ægrotet* cùm dixerit. *At nunc exactiùs quam ob causam homines ægrotent, mihi dicendum est, simulq́ue exponendum, quæ sint morborum principia, & quæ homini quidque efficiat*, statim autem primum principium patefacit, hunc in modum. *Mea autem sententia, si cibi quidem plus iusto copiosi, iam concocti intus morentur, neque homo repurgetur, & altera cibaria insuper adijciantur corpus priore humore, & recenti plenum incalescit, indeq; homini febris contingit. Verùm sic oborta febris, neque periculi plena, neque vehemens est, in qua humor copia æquabilis paulò plus nobis molestus est. Si enim sic res habet, & quis admodum sit robustus, eaq́; quæ conueniunt, adhibeat, sanus euadit.* Sin massa sanguinea ęquabiliter multò plùs ęquo multitudine aucta fuerit, tunc etiam periculo plena, ac vehemens profectò erit, multoq́ue plùs nobis molesta febris erit; vt synochę febri vsu venit, in qua sanguinis missio, quàm copiosa conuenit; ac id, quod in mala victus ratione copiosiori adhibita contingit, idem pariter de cibis mali succi, aut difficillimę coctionis afferendum venit, quorum cùm meminerit Hippocrates, inquit. *Omnia pro hominis natura, & viribus composuere, rati cibos valentiores ingestos, quod à natura superari non possent,* D

4. De morbis p. 535.

Lib. citato pag. 534.

Ibidem.

De prisca med. p. 15.

dolores,

A *dolores, morbos, & mortem afferre: eos verò, quia à natura superentur, alimentum, incrementum, & sanitatem præstare.* Idipsum de cibis cacochymis intelligas; qui cùm praui succi sint, non nisi massa humoralis etiam cacochymia, ex ipsis cibis gigni valet; ex qua postea facillimè morbi magnitudo cacochyma vrgens promanat. Verùm secundi principij magnitudinum morborum mentionem fecit Hippocrates, statim postquam primum principium statuerit, his verbis. (Lib. 4. de morbis p. 525.) *Alterum est, si quæ ex cælo pendent, minimè sint commoda.* Ab aere enim nos ambiente, corpus nostrum vel tuetur, vel offenditur; tuetur namq; à cœli statu, aerem temperatum, ac salubrem, & suauem producente. Afficitur verò à cœli tempestate, aerem intemperatum extremè, hinc etiam insalubrem, insuauenq; efficiente. Lęditur enim corpus humanum, non solum in humoribus, verùm etiam in partibus similaribus, ac instrumentalibus, quæ & chylum, & sanguineam massam celebrant, vt ventriculus, & hepar est. Quibus intemperatis facilè cacochymia oritur, à qua sanè, si magnitudo morbi cacochyma proficiscatur, vt vrgens, humorum vacuationem per se indicat. Deniq; verò tertium principium morbi magnitudinis statuit, inquiens. (Li. 4. de morbis p. 525.) *Tertium est, cùm quid violentum inciderit. Violentum autem esse dico, & casum* ab alto, *& vulnus, & percussionem, & immoderatum laborem, & alia id genus. Ac horum principium, vis si magna fuerit, maximum est.* Verùm hæc magnitudo violenter facta, si quò ad succum non fuerit, tunc impropria morbi magnitudo erit, & magnũ B euacuans remedium non indicabit, vt magnum vulnus. Si verò quò ad succum fuerit, vt casus ab alto, & percussio, & immoderatus labor, quę succorum alteratione, & fluxione vel magnitudines cacochymę, aut sanguineæ fieri valent; tunc magnitudines propriæ dici possunt, & magnum euacuans indicant auxilium. (Dubium.) Neque mihi obijcias, inquiens morbi solutæ vnitatis magnitudo, magnum vniens insinnans remedium, est magnitudo propria: ergo malè institutum est, asseuerare hanc magnitudinem impropriam esse. Quandoquidem respondeo magnitudinem morbi propriam esse tantùm eam, quæ vt vrgens sua natura, primò eripienda sit, vt Galenus statuit, & vt lib. 1. de magnitudine sanguinea capite 9. iam ostensum est, cum itaque morbi solutæ vnitatis quælibet magnitudo sua natura non vrgeat, nec ideo sit primò adimenda, proinde nec etiam propria est magnitudo. At verò morbi magnitudo quò ad succum tum sanguineal, tum humoralis quæcunque sua natura vrgens, propria quidem est. Hinc eò quia hęc magnitudo vel vrget omnino integrè, vt est magnitudo quò ad succum vrgens, vel vrgentia lethali, aut infelici, vel non integrè, vt vrgentia tædiosa se habet, proinde etiam magnitudinem eam, vel integrè propriam, vel non integrè propriam esse demonstraui.

Finis Libri primi.



DE MOR-



DE MORBI MAGNITVDINE

CACOCHYMA

Vrgente, cacochymiæ etiam eductionem necessariò indicante.

LIBER SECVNDVS.

Qui videlicet complectitur exactissimum tractatum. De vniuersa totius humani corporis cacochymia educenda.

Qua de causa tresdecim modi ipsius cacochymiæ ad amussim explicantur: & præcipuè locus, ac tempus purgationis illius indicantur.

Ideo quilibet casus humores purgandi, qui Medico euenire posset, disquiritur, ac dilucidatur.

Hinc de leniente in febris cacoethis incremento exhibendo, Ac de vesicantibus in paraphrenitide, & cardialgia rectissimè admouendis, laconicè pertratactatur.



CAPVT PRIMVM.

Libri præsentis scopus, atque vtilitas ostenditur; simulque: Cacochymiæ genericè descriptio, ac eius differentiæ indagantur: præsertimq; tresdecim ipsius differentiæ dilucidandæ proponuntur. A



CVM duæ huius libri intentiones potissimùm sint, nimirum Cacochymiam in relatione tum ad morbi magnitudinem, tum ad euacuationem moliendam, aut non dilucidare. Verum quoniam in præcedenti libro de morbi magnitudine cacochyma sua natura, cacochymiæ ipsius purgationem indicante, egerimus: Ideo modò de ipsa cacochymia ordine proposito agere tenemur. Alia ergo intentio est ordinem, ac tempus cacochymiam ipsam educendi, explanare, ac etiam magis mensuram, & modum purgandi illā, iam libro primo examinatum, penitus declarare. Sed quia doctrinali methodo pergere cogor; priùs cacochymiæ ipsius in suo genere generalissimo acceptæ, descriptionem aggrediar: subindeq, eam in suas differentias diuidam. Est igitur cacochymia prauus succus: vt libro præcedenti cap. 5. iam diximus. Qui considerari potest duobus modis; nempe vel per se, & secundum suam 4 Meth. 4. & 13. methodi 6.

A ſuam naturam, aut per accidens: per ſe ſumitur quotieſcunque nulla habita ad locum, uel motum differentia ipſius praui ſucci, in humano corpore contenti, ſi praua aliqua ſint præditi qualitate. Quæ quidem qualitas uel eſt alicuius putredinis, quæ eſt magna, ſeu toto genere præter naturam praua, & alia quæ à naturali ſtatu non admodum recedit; Vel medio modo ſe habet. Quæ tres differentiæ rurſus conſiſtunt, uel in primis qualitatibus, uel in ſecundis, atque ſitę ſunt uel in pituita, uel in bile, uel in melancholia, uel in ſeroſo excremento, uel in æterogeneo quodã mixto, ex prædictis omnibus conſtante. Vel ipſa cacochymia non eſt putrida, ſed tantum uitium eſt concoctionis, facultatis concoctricis, partis coquentis, quę iterum ſcindi poteſt in pituitoſã, in biliosãm, in melancholicam, ſeroſanq; ſi uerò conſideratur cacochymiã ſecundum accidens, hoc eſt non quatenus ea cacochymia eſt; tunc in illa poterimus conſiderare quantitatem, uel motum. Quantitas uero uel magna, uel parua eſt; motus autem quatenus humores prędicta qualitate donati mouentur, ſuum impetum faciunt, uel à parte ignobili, ad nobilem, uel contra à nobili ad ignobiliorem. Vel rurſus à nobili, ad nobiliorem, & motu, uel ueloci, quod præcipuè contingit bili, atque tenuioribus humoribus, uel lento, quod craſſis, & uiſcidis; quę omnia accuratè medico perpendenda ſunt, ſi rectè euacuationem, alterationem, reuulſionem, deriuationẽ moliri uelit. Cęterum pręcipuè pro meo ſolùm inſtituto inſeruiendo, hanc diſtinctionem aſſu-

B mo. Quandoquidem ipſa uel abſolutè uel in relatione conſideratur; Rurſus autem in relatione uel ad morbi magnitudinem cacochymam, aut ad purgationem agendam, ſeu non agẽdam. Quoniam igitur abſolutè eam alio in opere de cruditatibus rectè dignoſcendis, rectèque curandis inſcripto declarauimus, in eo autem, ut relata ſit ad morbi magnitudinem cacochymam libro primo huius operis dilucidata fuit. Quocirca ſupereſt, ut nunc de ea, ad purgationem moliendam relata, aut non limitata dicam. Verùm aduerte, quòd non ſolum, eam ad purgationem agendam, aut non, ſpectantem conſiderabo; uerùm etiam ut ſimul relatam ad morbi magnitudinem, cacochymam neceſſariò ipſius cacochymię purgationem indicantem. Nam interdum, etſi cacochymię eductio ab ipſa morbi magnitudine indicetur, attamen ob aliquod impedimẽtum, eam expurgare nequimus. Quam differentiam, ut genus ſubalternum, in treſdecim differentias ſubdiuidendo, integram eius doctrinam amplectar, quę treſdecim differentię in fine ipſius capitis in quadam Tabula patebunt. Maximę autem utilitatis tractatus hic erit; Quoniam omnia, quę ad humorum purgationem ſpectant, ità dilucidè, & accuratè Hippocratis, & Galeni auctoritatibus, rationibus, experimentis, & exemplis ad uerbum declaratis, manifeſta erunt, ut in quocunque caſu, qui medico repentè occurrat, promptiſſima, in Arti medicę danda

C opera, ſemper eſſe poſſint.

31.Meth.c.6 & 6.epid. com. 2. cont.31.
31.Meth.c.6.
De ſympt.diſ.c.4. & 8. de com. m.5.l.c.7.
31.Meth.c.6. & 6.epid. com. 2. contex 31.
3.De ſan.tu.c.9. & 4.de ſa.tu.c.4
11. Meth. c.3.
Paulus l.2.c.37.
Ex Hipp.4.de vic.r. in m.acu. t.44.
Iiſdem in locis.
Galenus. Etiã 3.de ſymp. cauſ.c.2.

Prima ſignificatio eſt, vt hi ſucci crudi morbi fici ſint, morbi magnitudinem cacochymam gignentes, vt contradiſtincti tum à maturatis ſuccis, in morbi vigore vniuerſali, tum à ſanis, tũq; à partim coctis in principio incrementi vniuerſalis.

Secunda ſignificatio eſt vbi humores quieti ſtabiles, ac firmi in loco anguſto, vel in lato, contradiſtincti à motu peccantibus ſuccis.

Tertia ſignificatio eſt, quoties humores craſſi, glutinoſi, ac potentia paſſiua immobiles tum ex ſe, tum ex auguſto loco, contradiſtincti à tenuibus, & à craſſis in loco amplo reſidentibus, qui educi poſſunt.

Humores ad purgationẽ moliendam, ſeu nõ agendam; treſdecim differentias continent.

Primæ differentiæ ſunt ad purgationem inepti: Ac iſti tres ſignificationes habent, qui purgandi non ſunt.

Secundæ differentiæ ſunt maturati in morbi ſtatu, & declinatione vniuerſali purgandi.

Tertiæ differentiæ ſunt partim cocti, qui in incrementi vniuerſalis exordio ante quintum diem ſubducendi.

Quartæ differentiæ ſunt motu indeterminato peccantes, turgentes dicti, illico purgandi.

Quintæ differẽtiæ ſunt motu determinato peccantes ſtatim expurgandi, qui morboſi exiſtũt.

D Sextæ differentiæ ſunt motu determinato fluentes ſani, ad partem ægram ingruentes.

Septimæ differentiæ tenues ſunt, licet crudi morboſi, & aquoſi in hydrope purgandi, cum potentia paſſiua mobiles ſint.

Octauæ differentiæ etiam potentia paſſiua mobiles ſunt, ac tenues, etſi crudi, morboſique in magnis febribus lenientibus valde refrigerantibus educendi.

Nonæ differentiæ ſunt ichores cito purgandi.

Decimæ differentię ſunt craſſi per ſe, tamen tenues fiunt deterſorijs, ac incidentibus pręſidijs, parum ac parum cibis deterſorijs ſubducendi.

Vndecimæ differentiæ ſunt craſſi glutinoſi, ac immobiles, nihilominus, ſitus, & viæ à medicamento tactæ ratione, illico purgandi, ob morbi magnitudinem indicantem, & properantem eorum ſuccorum expulſionem.

Duodecimæ differentiæ ſunt purulenti ſucci cito purgandi.

Tertiæ decimæ differentię vero, cacochymiæ compoſitio eſt, ex crudis, craſſis, ac infixis, ſimulque ex tenuibus motu determinato peccantibus, in febrium mali moris augmento, vbi purgare non licet. Sed reuellere decet.

CAPVT

A

CAPVT II.

Prima cacochymiæ differentia diluitur: quæ summè cruda est, nullo igneo solutiuo tentanda pharmaco; quod viginti, & octo rationibus demonstratur.

PRimam autem eorum succorum sanè differentiam nobis notiorem, explanatuque faciliorem, eos esse humores, pro comperto habetur; qui sua inconcoctione à statu naturali magis recedunt, sæpiusque, tum morbos cacochymos, tunque horum morborum magnitudines periculo vitæ ægrotantium refertas procreare pollent, tam sua vi, quam copia. Quocirca humoralis morbi magnitudo vel lethalis, aut infelix, seu tædiosa sua natura vt vrgens horum humorum citam moliẽdam indicat eductionem. At vero prohibentis ratione ea eductio administrari nequit: Cum ipsorum succorum proprium sit, vt immobiles hi succi sint, nihilque solutiuis cedentes pharmacis, ob eorum omnimodam cruditatem, tribus significationibus stabilitatis perspectam. Nam hi succi primo crudi existunt in morbi principijs, vt contradistincti à concoctis in morbi declinatione purgandis. Secundo crudi introspiciuntur vt crassi per se, viscidi, ac lenti stabiles, firmi, infixi, ac penitus quiete potentia passiua peccantes, ac nihil mobiles, seu fluxiles. Tertio crudi habentur respectu viæ angustæ, per quam egredi nequent, etiam si ex se fluxiles essent. Verum satius inquam eos succos ita crudos neutiquam vacuandos esse, ob quinque causarum genera, hoc est, ratione horum succorum viæ angustæ annexorum, propter medicamenta, respectu naturæ, ob morbi magnitudinem vehementem atque denique eò, quia maturatio celeritatem crisis ostendens præuerteretur: Quandoquidem materia ea cruda, immobilis allata, ad eius euacuationem, nihil disposita habetur, vt à medicamento purgante attrahatur, & à Natura expellatur: Hinc ei medicamento nihil cedit. Neque medicamenta purgantia, ceu frustratoria, ad eam crudam materiam educendam conducunt. Cum ita materia ista cruda continens, seu contenta crassa viscida, seu glutinosa, ac lenta sit, nec nõ penitùs immobilis, infixa, firma, atque stabilis, vt euacuationi contraria omninò conspiciatur, simulque eò magis, quò partibus angustioribus inest tam vennlis, quàm spatijs, porositatibusue. Insuper de cruditatibus primarum venarum alloquendo. Natura solidorum corporum mesenterij, gibbæ hepatis, & pancrei, quarum munus crudam eam materiam etiam coquere est: dum ob eam cruditatem eorum natura suo calido innato deficit, tunc sanè horum corporum frigiditas eam materiam densando, atque crudiorem reddendo, tanto magis eam quoque solutiuo medicamento oppositam parat. Quare expultrix facultas, quæ sanè perpetuò alteratricem, coctricemuè, in robore consequitur, imbecilla quoque reddita, ac à medicamento irritata, non vincente coctrice, in cruda ea materia, eductionis vtique illius materiæ adiuuatrix expellendo esse nequit: Hinc omnis optima excretio, non nisi post optimam etiam coctionem fit: Ac non aliunde in concoctione perfecta celeritatem inditij ab expultrice facultate faciendam fore portendit. Quinimmo. & si cruditates tum primarum, tum secundarum venarum medicamento soluente peragitatę fuerint, procul omni dubio sequitur necessariò, quòd boni succi, ac vtiles, simulque mali, ac inutiles peragitentur, ita, vt ex inanis corporis regionibus latis, ad partes angustiores accedant; educenturque boni, ac vtiles, maneantque mali, ac inutiles eo, quia tunc facultas segregatrix nondum inutiles expellendos ab vtilibus segregauit succos: Quo fit, quòd tũ malus succus, ab expultrice non expellitur, tum etiam vt bonus succus à retentrice minimè retineatur. Vnde ex quo inutilia non expulsa, manent adhuc: vtilia verò non retenta, expellentur, Hinc ait Galenus, quòd ne dum excretio vlla fiat, ea materia cruda existente, quia nihil à cathartico medicamento *notatu dignum quippiam educitur*, immo ait Hipp. *nihilque iuuabis &c.* Verùm etiam plura, ac plura nocumenta necessario sequi debent. Nam concoctionibus illius crudæ materiæ aduersantur purgantia medicamina, cum exararit Hippocrates. *Quibus principio vrinæ, & nebulosæ, & crassæ existunt, hos annuentibus cæteris subpurgare conuenit*, cum ibi quædam materię concoctio adsit; illico verò pergendo ait de crudis, in oppositum, *Quod si vrinæ inter initia tenues fuerint, tales non purgabis. At si videatur, clysterem exhibebis*, & paulo postea ait. *Ventrem ab initio clystere duces, sed medicamenta purgantia non admouebis*. Redditque rationem. *Nempe si ventrem moueris, vrina non maturabitur, febrisque citra tum sudorem, tum iudicationem, in longum protrahetur tempus*: Ait enim *vrina non maturabitur* eò, quòd, vt inquit Galenus in com. *cur eos purgare haud velit, in quibus summa inest cruditas, causam recensuit epilogisticam: quam recensere ad eum spectat, qui quod sit sola citra logicam indicationem, experientia nouit*. Verùm enimuero Hippocrates (aut eius discipulus) causam syllogisticam supposuit; ob quam alia causa epilogistica, ceu eius effectus est: quasi dixerit, crudum *non maturabitur*, vt experimento exploratum habui; quoniam humores, quos natura sua alteratrici facultate, coctrice appellata, concoquit; tunc certè à pur-

gante

Proprietas crudorum succorũ est esse immobiles per se, & ratione loci, vt cõtradistincti sint à maturatis, à motu peccantibus, & à tenuibus, tum aquosis, tum ichorosis, & acribus, seu mordacibus

Quinque causarum genera, ob quas cruda medicamento tentanda non sunt.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio de cruda materia primarum venarum de sa. tuen. c.5. & 12. meth. c.3. & Paulus l. 1. c. 37. ex Hipp. 4. de vict. rat. in m. a. t. 43. & 44.

Septima ratio. 4. De praesag. ex puls. c. vltimo. Hipp. 7. de mor. vulg. sect. 1. t. 44. & Gal. in conf. Arist. cap. 18. & com. 4. apho. 22. & 29.

Octaua ratio.

Nocumenta à purgantibus facta in materiam crudam agentibus.

Nona ratio.

Decima ratio.

Vndecima ratio

Hip. lib. de vet. & de prisc. med. 4. Meth. c. 6.

B

4. De sa. tuen. c. 5. & 10. de com. med. 5. li. c. 3. & 1. de alim. fac. c. 2. & 9. de praesag. ex puls. c. 1.

Hipp. 4 de vict. rat. in mor. ac. 22. in epist. ad Dem. de ver. pur. & de hum. p. 60 & 1. apho. 22. & Gal. in com. & 4. de tuen. san. c. 5. & 1. de cris. c. 9.

Gal. in 2. epid. com. 2. cont. 33.

C

Locis Galeni citatis.

Locis citatis Gal. & com. 4. aph. 10.

Gal. 4. epid. com. 2. cont. 45.

Gal. 4. de vict. rat. in m. a. t. 44.

Com. 1. aph. 22.

1. De cris. c. 1. & c. 6.

3. De cris. c. 5. Lib Gal. auth. de affect. renum cognit. & medicat. c. 4.

1. De morb. vulg. com. 2. cont. 36.

D

4. De san. tuen. c. 1.

Hipp. & Gal. 4. de vict. rat. in m. ac. t. 43. & 44

Gal. cont. 44. citato.

A gante medicamento impedita, atque simul ijs humoribus crudis peragitatis, quoque ab attrahente medicamento, ac non eductis ab expultrice, cum priùs nec etiam à coctrice cocti, nec à segregatrice à bonis seiuncti sunt; non amplius coquuntur, veluti antea coquebantur. Eanque sanè ob causam, humores illi ex necessitate non nisi recrudescunt, atque hinc non maturantur: immo Natura coquens eorum coctionem ingrediens, solaque: huic officio destinata, sine vlla corporis dimotione seruari debet, ne à coctione retrahatur, & nos docet Galenus. *Hæc est ergo causa, cur purgationes coctionibus aduersentur*. Præterea etiam hæ purgationes crisibus aduersantur, quæ crises certè solum coctionibus peractis, fieri valent optimæ. Aduerte autem Hippocratem dixisse ambiguè. *At si videatur, clysterem exhibebis*. Cum in summis cruditatibus, interdum enæmata actia etiam coctionem peruertere possint: Cæterum concoctio, aliquo modo, etiam modis imperfectè dudum allatis nostra: si aluina magna fieret purgatio, tunc vtiq; febris in longius tempus protraheretur: cum ibi febris rursus angescat, eiusq; magnitudo vehementior euadat: Hinc etiam hi succi partim concocti, iterum recrudescunt, si existente augmento vniuersali, ob catharticum exhibitum ideo febris denuo recrudesceret, & principium versus vniuersale retrocederet: Verùm affectus recrudescunt, cum mala rursus fiant Hipp. & Galeni mente. Hinc *febris citra sudorem, tum indicationem &c.* Quandoquidem simul tam febris, vt effectus, quàm eius causa recrudescunt, & hac de re, sicuti concoctiones celeritatem iudicij portendunt, vt Hippoc. sempiternis monumentis medicinalibus prodidit, nec non securitatem salubrem ostendunt; ita in oppositũ febris causa recrudefacta, vt *cruda, & inconcocta, atq; in malos abscessus conuersa, aut acrisias* hoc est, aut, vt Gal. in com. *omnino iuditium nullum futurum, aut prauum, aut dolores, aut diuturnitatem, aut recidiuas, aut mortem* venturam denuntiat: cuius recrudescentię alia Hippocratica legitur doctrina, dum statuit purgationes spontaneas tam permutationes, quam crises peruertere, hunc in modum. *Nulli etenim horum nisi superuicerint, medicamentum exhibebis. Nam periculo ægrũ expones, nihilq; iuuabis, spontaneasq; tum permutationes, tum indicationes adimas.* Rationē verò, cur nulla excretio; existente materia cruda iuuat, immo nocet, ex ijs Galeni verbis, colligito. *Qui procedunt morbi à concoctionis difficultate, & copia crudorum humorum, nullum ab excretionibus consequũtur emolumentum. Dixit enim multum violentas confestim opprimere vires: At quæ tales non sunt nihil iuuare. Quæ cum etiam duplices sint, nihil proficient, quæ concoctionem non habent adiunctam: quia scilicet hi etiam multi relinquuntur, nihilq. commodabit absq; coctione quicquam.* Sed mox recrudescũt humores, perturbata etiam crudorum humorum alteratione à medicamentis iam partim molita, à medicamento solutiuo peragitante. Quam certe ob rem, ex ea quidem agitatione crudi, ac morbosi succi, ex latis, & vacuis corporis partibus in angustiores, penitioresq; partes se rapiunt. C Hinc obstructiones, simulq; cruditates geminantur, quæ geminatio tum quidem fit ex vna vena venæ portæ dum geminos eiusdem venę ramulos angustiores, ea cruditas agitata, colliquataq; ingreditur; Quæ vel ad extremas venæ cauæ, in carne residentes venulas accedit; Aut vtroq; modo efficitur: Ea propter obstructis hoc modo vijs, alijs humoribus quidem tenuioribus, qui facillimè per intestina ægrederentur, impedimento sunt, vt asseuerat Galenus, hinc putredo augescit, vnà cum eius calore: Adde quòd cruditates ipsæ, si à purgante medicamento agitarentur, ne dũ genus venosum; Verùm etiam in totum corporis habitum, & carnem impellerentur. Quocirca massa sanguinea vtiq; sana, & meraca, ijs cruditatibus coinquinaretur; Vnde ex quo nō nisi prauum omnibus partibus nutriendis corporis nostri alimentum inferret. Ac etiam simul calor influens spiritus sanguinis coinquinati, qui tum nutrimenti, tum viuificationi calidi cordi insiti vniuersalis, membralis, & complexionalis, partiumq; omnium conducit, vt lib. 1. de cer. medicinæ dictum est, necesse est, quòd valde imbecillis reddatur; consequenterq; calor cordis innatus imbecillis admodum factus, vt primus motor, seu primum agens corporeũ salubre, & insalubre omnium nostrarum actionum, hinc omnis nostra actio tunc ēt necessariò læditur. Spiritus enim à medicamento purgante, qualis flamma ignis à vento peragitatur; medicamentiq. vi sanguis in bilem transit, ait Gal. ac etiam sanguis, & caro colliquefiunt, atq; ignescunt. D Quo etiam fit, quod si ad ventrem, & ad intestina, vitrea, aut acida pituita peragitata descenderit, tormina quidem, torsiones, ac tosiones efficere posset. Ex ea vero peragitatione spiritus caloris tum influentis, tũ primogeniti cordis, animi vtiq. deliquium, & vertigines, & inquietationes, pulsusq, deprauationes, & syncopes fieri possunt, atque denique mors: Quæ etiam sine febre contingere possunt. Vt nobis quoque notum est hac Historia, ab Hippocrate narrata, ait enim *Mulier sana, & obesa ex medicamento, conceptus gratia deglutito* igneo, calido, sicco, acri, & mordaci, cum ibi, nec etiam cruda essent, neque humores obnoxij, immo sanguis meracus, & sanus: hac enim de causa sanis nocent medicamenta, vt Oribasius, & Gal. li. de ijs, quos purgare oporter fol. 88. B. ideo ait Hip. *Ventris dolore intestinorum torminibus consultabatur, ac intumui, spirandi difficultas inflabat, & animi consternatio. Cum dolore sanguinem* ab acrimonia, & à calore medicamenti, aperta vena, *vomitione recessit, & quiaquies emortua est:* agitato spiritu calidi cordi implantari, ceu primi motoris corporei salubris, & insalubris nostræ vire, nostrarũq; functionũ, *vti expirasse videretur; ac neque vomitu ex aqua frigida, dolor vrgēs, aut spiratio remittebat* auxilio refrigerationis, hinc *frigida verò aquæ amphoræ triginta corpori affusæ sunt, quod sanè vnicum opem ferre videbatur: Ac postea bilis*

Marginal notes (left): In com. — 4. De præsag. ex pulsi. c. vltimo. — 2. De fract. t. & cont. 28 & 30. — 1. Epid. com 2. tex. 45. & 4. aph. 22. — T. 46. & 4. aph. 22. — 4. De vict. rat. in mor. ac. t. 115. — 3. De mor. vulg. c. 4. cont. 16. — 8. Meth. c. 4. — 4. De san. tu. c. 5. — 4. De sa. tu. c. 5. 12. Meth. c. 3 & 4. de sa. tu. c. 5. & Paulus Ægineta l. 2. c. 37. — 6. Epid. com. 6. cont. 5. — De atra bile c. 9. — Li. aut Gal. aut Oribasij sit quos purgare oportet das 5. 88. B. 4. De sa. tu. c. 5. & com. 2. aph. 9. Gal. 12. met. c. 3. & cap. 5. & 4. de tuen. san. c. 5. & com. 2. aph. 9. & Paul lib. 2. c. 37. 5. Epid. ægra 40. p. 1047. ex Foes. Ibidem.

Marginal notes (right): Nota de chysmate. — Duodecima ratio. — Tertia decima ratio: morbus dũ recrudescit, & quomodo ex Hipp. & Gal. ex medicamēto solutiuo dato. — Quarta decima ratio. — Quinta decima ratio. — Sexta decima ratio. — Duplex obstructionum geminatio, in materia cruda, à purgāte pharmaco peragitata. — Decima septima ratio. — Decima octaua ratio. — Decimanona ratio. — Vigesima. — Vigesima prima. — Vigesima secunda ratio. — Hæc historia ab Hippoc. narrata confirmatur.

copiosa infra demissa est; Vrgente verò dolore nihil, secedere poterat. Vixit tamen. Ecce medicamentũ hoc, obeius calorem igneum, sanguinem sanum, ac potiùs pituitosum, qualem in mulieribus obesis, biliosum procreasse, ac obeius igneitatem cętera symptomata genuisse. Cæterùm de febribus præsertim loquens Galenus, cum talia medicamenta facultate calida, & sicca, nec non ignea, acre, & mordace sint: si in febrem, sua conditione, calidam, & siccam mordacet q; agant, ceu in symbolum habentem, facillimè quidem omnia, quæ febri resistunt, atque sana sunt allata, eo magis calefacere valent, & exsiccare, mordicare, simulatque inflammare, vrere, colliquare, ac denique extinguere. Potissimumque in morborum inflammationibus, vt apertissime Hippocrates, his verbis decretauit. *Quicunque autem statim per initia morborum inflammationes purgante medicamento soluere tentant, ij quidem de inflammata parte nihil detrahunt: cum nihil cedat, ea, quæ adhuc cruda est affectio. Ea verò quæ morbo resistunt, & sana sunt, colliquefaciunt: At debili reddito corpore morbus superior euadit, qui vbi corpus superarit, curationem non admittit.* Verùm enim verò, non minùs in lassitudinibus, quam in morbis, isthæc mala omnia allata accidere possunt: Cruda nanque materia à purgante medicamento attrahente, in venulas extremas angustiores, in porrositatesque partium solidarum, specieique carnosæ, aut neruosæ, tendinosæ, musculosæue violenter impulsa; tunc varia, ac plura symptomata gigni valent, sicuti quoque ex ea cruditate, vi, & copia peccante; variæ, ac plures vtique partes instrumentales, varijs, ac pluribus officijs fungendis destinatæ lędi possunt. His autem statutis speculor primò, istos humores crudos in se continere omnes conditiones contrarias conditionibus succorum, qui educi debent, quos ad tria genera reduxi: Vnde ad faciliorem, atque ad certiorem cognitionem non modò eos crudos humores per affirmationem, ac per eorum essentiam declarare volui; Verum etiam per negationem, ac per cognitionem suorum contrariorum, maximè enim ita omnia elucescunt. Præterea contemplor, eos succos non tentandos tam in vniuerso corpore, aut in venis omnibus, seu aliquibus residentes, quàm in aliqua parte seu insit collectionibus, obstructionibus, tensionibus, tumoribus, ac inflammationibus impropriè vocatis. Viterius aduerte, quantò magis à natura aliena est cruda cacochymia, tantò quoque copiosior erit, & è contra. Ideoque ijs duobus modis summa cruditas ab Hippocrates intelligitur, & vi, & copia summa: Quando enim non summè est ipsa cruditas, tunc aliquantulum non cruda necessariò est, tuncque partim ea purganda est materia semicocta, vt infra videbo. Insuper perpendo hanc materiam crudam tum hercle pituitosam sua natura crassam, frigidam, vissidam, ac lentam per cruditatis modum genitam, vitiata chylificatione complecti nos debere, tum biliosam, ac melancholicam, seu atrabilarem, crassam, viscidam, ac lentam, seu immobilem, & calcatam redditam per adustionis modum, vitiata sanguificatione, aut alio modo genitam, quæ vbi infixa, firmata, lenta, & aliquo in loco stabilita, omnino nunquam medicamento tentanda. Porrò introspicias Medicamenta purgantia, à Græcis cognita, valida, calida, sicca, ignea, acri, & mordaci vi esse; à quibus sana massa sanguinea biliescit, & colliquefit, ne dum in morborum inflammationibus: Verum etiam in febribus vehementissimis, in quibus nunquam ea medicamenta danda: Colliquefaciunt tamen ea medicamenta sine febre, ac sanguinem biliosum reddunt, vt antea dictum est. Hinc has multas difficultates circa hoc negotium statuerunt Græci, tum eò, quia talia medicamenta vim specificam attrahendi specificum humorem, ac irritandi possident, à qua attractiua vi, à quacunque corporis parte, & si longinquissima, à ventriculo attrahi possunt cruditates, hinc peragitari quoque. Nos autem, cum plura vtique lenientia appellata, in promptu habeamus, nullam vim à partibus longinquis succos attrahendi continentia quinimmo duntaxat mitissimè facultatem expultricem irritandi ad eos succos reijciendos possident, nullam vero vim omnino igneam obtinent. Quę sanè licet mitissimè acria, seu mordacia, tamen calida tantùm in primo gradu, vt etiam vel sacharum, & alia; vt loco proprio dicam. Tandem nota (vt videbis) nocumenta medicamentorum, vel esse à medicamentorum horum vi ignea, vel ex parte impræparationis, quæ sanè impreparatio, vel ratione corporum, aut respectu humorum, vel ratione viarum occlusarum est Præparati enim humores ad vacuationem non sunt, qui fluxiles non sunt; corpora verò inepta sunt ad purgationem, vel debilia, aut inflammata, fluorem alui, seu aliquam sanguinis fluxionem habentia: viæ verò occlusæ, non sunt præparatæ. Quomodo autem summæ cruditates copiosæ curari debeant, vbi de cruditatibus rectè curandis agam, videbis.

✠

Vigesima quarta ratio.
Vigesima quinta.
Vigesima sexta.
Vigesima septima.
Item Gal. com. 4. aph.
Vigesima octaua ratio.
Primum notandum.
Secundum notandum.
Tertium notandum.
Quartum notandum.
Quintum notandum.
Sextum notatu dignum.
Septimum notandum.
Corpora ad purgationē inepta, quæ sint.

A Com. 2. aph. 24. 4. De vict. rat. in m. a. 16. & de aëre bi. e. 19. Com. 1. aph. 24. & 22. & in eo epidemium com. 3. t. 5. 4. De vic. rat. in morb. acu. t. 12. Ibidem. 4. De vict. rat. in morb. acu. t. 22. & in epi. ad Dem. Regem de ven. purgatione, & Gal. 1. de crisib. c. 9. & Ansylius in Aetio tom. 1. li. 3. c. 43.

B Lib. de caus. sympt. & 1. de cris. c. 9. & de dignotione.

C Hipp. 2. aph. 22. & lib. de humoribus, p. 6. & Gal. com. 2. aph. 22. & 24. & 4. aph. 1. & 1. de cris. c. 9. & 4. de vict. rat. c. 5. & c. epid. com. 3. cont. 9. & com. 37. 4. De vict. rat. in m. ac. 121 & in epist. ad Demet. Regem. & alibi. 4. De vict. rat. in m. acu. t. 21. 131. com. 33. & 76. & Hippoc. de flat. com. 2. 129. 12. Meth. c. 5. & 4. de tuen. san. c. 5. & lib. de atrabile c. 9. & alibi. D

CAPVT

A

CAPVT III.

Secunda humorum differentia enucleatur, quæ vt matura vacuanda est,

Conexus.

QVoniam humores summè crudi, & exactè concocti, qui seorsum contrarij, ac extremi censentur, cæteris cunctis alijs longè notiores succis nobis, & speculatu faciliores inspiciuntur: Et quia iam satis eos declarauimus crudos humores, ideo nunc alios penitus coctos explanare succos iustum est, qui illico valdè educendi sunt. Concocta enim excrementa semper purganda Hippocratis decreto, Galenique, Aetij, Pauli, Celsi, & Alexandri confirmatione; tum ratione materiæ coctæ per se fluxilis medicamento purganti omnino cedentis, tum ex parte corporis liberam, magna ex parte transpirationem fuliginum habentis, vijsque purgationis apertis existentibus, per quas facillimè à medicamento soluente, ea cocta materia morbosa, ac inutilis attrahi, ac educi potest; Ac id sanè longè tutiori cautione, nos consequi valemus, quàm priscorum tempore Græci poterant: cum varia, ac plura medicamenta lenientia, atque alia soluentia, quæ non ita calida, neque sicca, neque ignea apparent, vt prisca medicamenta reperiebantur; ac eò magis, quò etiam ipsa neoterica medicamenta purgantia, sero caprino superepoto, corrigi possunt; ne calefaciant, exsiccent, inflamment, vrant, seu colliquent: Insuper respectu naturæ corporis purgandi, ceu primi agentis naturalis Artis medicæ; tunc enim naturam ipsam vincentẽ coctæ materiæ eductionis adiutricem habemus; primo eo, quia ab alteratrice vi cocta materia facillimè à segregatrice, vt inutilis, & adhuc morbifica, à bonis, sanis, ac vtilibus segregatur. At verò ita segregata subinde sine labore vtique ab expultrici virtute (à medicamento, post attractionem coctæ materiæ) irritata, educitur. Penitus vtilia, ac sana alimentalia à retentrice hinc facillimè, cum retenta esse possint. Vlteriùs cum accidentia symptomatica mitiora sint, absenteque morbi magnitudine elapsa; nihilominus, ne iterum magnitudo fiat relapsus, purgatio fieri debet, simulque, vt in totum morbus, aut lassitudo tollatur. Iuuat etiam interdum iuditium, à natura vincente rectè, sed minutè, factum exeretione coctæ materiæ, temporeque vel status, seu declinationis factum: cum dixerit Hippocrates. Quo natura nempe vincens excretione vergit, eò ducere oportet, per viam conferentem: deiectio itaque talis à natura molita, eam iuuare aliquo leuissimo leniente debemus. Ait enim Galenus, *Vbi indeficienter iudicatur id, quod deficit, supplere nos conuenit*, & alio in loco ait exponens eum Hippocratis aphorismum, inquit. *Quænam tandem sunt, quæ educere oportet, videlicet, quæ nec decernuntur, nec decreta sunt perfectè*, educenda sunt, in morbi fine, languidius æquo Natura operante, eam iuuando; Ideo Hippocrates: ait *quæ ergo imperfectè decreta fuerint, educere expedit*, & alibi inquit. *Quæ relinquuntur in morbis post crisim recidiuas facere consueuere* ne igitur relapsus morbi fiat, isthæc euacuanda sunt. Quod Galenus ita confirmauit, cum hæc memoriæ nostræ prodiderit. *Tunc enim*, dum cocti fuerint humores *primùm naturam ipsam habemus vacuationis adiutricem, si quidem ipsa post coctionem apertè videtur humores secernere, & quod superuacaneum est expellere: quo tempore crises fieri consueuere. Quæ quidem natura, si perfectè moueantur, medicamento non est locus: si verò intra modum, & languidiùs agat id, quod desit medicamento supplendum: quo vtriusque & naturæ expellentis, & medicamenti trahentis opera fiat, humoris molesti vacuatio.* Hinc iure Auicennas inquit. *Si times victoriam humoris, magis necessaria cautela est euacuatio; & si non est digestus, non moueas nisi in principio: apud statum verò non moueas aliquid, donec vincat natura, & digerat: etsi ipsa non mouet, moue tu, hora motus eius*, nempe elapso eo statu, illico educendi, cum solùm in statu perfectæ, tum concoctiones, tum crises conspiciantur. Quocirca in statu nihil agendum, immo eo tempore ne alimentum naturæ iuditium futuræ impedimento sit, virtus ratione tenui vtenda venit: Quam sane ob rem non nisi in declinatione, ij cocti purgandi sunt succi ac si eo tempore aluus minutè, seu languidius fluida fuerit, medicamento quidem nos supplere deuincimur, si verò, vt ait Galenus, *vel propter morbi magnitudinem, vel motus celeritatem, vel propter aliquod aliud irritamentum ante statutum* extrinsecum, tum intrinsecum quale est acre, & mordax valde excrementum celeriùs motum à morbi magnitudine lethale *crisis venire cogatur, tanto hæc optima deterior erit, quantum statum anticipauerit*: tunc enim aluo fluente morbo magno existente, aut imminente, neutiquam medicamentum dandum, vt ait Hippocrates cum in febre cacoethe fluori alui colliquatiuo annexa exploratum habeat, quòd *purgationes multos offendebant*, ex quo Galenus ait *sed neque si fuerit febris cum profluuio ventris alia est opus euacuatione: Verùm hæc sola sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione.* Nanque in grauiora pericula, ægros duxere, qui ita medicamenta præbere voluerunt. In declinatione ergo tantum purgare oportet cocta materia, morbique magnitudine finita, quo tempore hinc

Marginal notes (left): Hip. 1. de humoribus 60. & 2. aph. 21. Ga. 4. de sanit. tuen. c. 5. & com. 2. aph. 22. & 24. Aetius ex Antyllo 10. 2. lib. c. 23. — B — Paul. lib. 2. c. 37. Celsus lib. 1. c. 3. & li. 3. c. 7. Alex. lib. 5. c. de syncopis ex plenitud. curatio: fol. 386. ex Gal. 2. meth. 43. — C — Gal. 17. de vsu par. c. 2. & in 2. epid. com. 3. cõt. 24. & in 6. epid. com. 2. cont. 29. de venę sect. adver. Erasist. c. 4. & com. 2. de vic. rat. in mor. acut. cont. 20. Com. 2. aph. 20. Com. 1. aph. 21. Hipp. 2. aph. 13. & li. de iudicationibus p. 67. et lib. de dieb. iudicat. p. 75. 2. Aph. 12. Com. 1. aph. 22. Lib. 4. f. 1. tract. 2. c. 7. — D — 3. De crisib. c. 5. 3. De cris. c. 5. & c. 6. 1. Aph. 8. & com. 2. de vict. rat. in m. acu. t. 15. & alibi. 3. De crisib. c. 6. Cap. 5. Hipp. 4. de vict. rat. in m. a. t. 115. 3. Epid. com. 1. t. 56. 1. Ad Glauc. c. 14. 6. Epid. c. 8. con. t. 32. & c. 2. cont. 33. Com. 1. aph. 22. 3. De cris. c. 5.

Marginal notes (right): Concocta cur educenda. Gal. etiam de totius morb. tẽp. c. 1. & 1. de cris. c. 9. & 8. de comp. med. s. lo. c. 5. & 4. de vict. rat. in m. ac. cont. 29. & 38. Secũda ratio. Tertia ratio. Quarta ratio. Quinta ratio. Quomodo deiectio coctæ materiæ fit. Hinc tantũ bona euacuatio habetur, q̃ coctionẽ, & discretionem humorum sequitur à natura facta com. 4. aph. 24. Sexta ratio. Septima ratio. Octaua ratio. Cur in declinatione vniuersali purgandũ sit. Nona ratio. 2. aph. 12. lib. & de humor. 60. ex Poes. Alui fluor criticus diminutus in morbi vniuersali declinatione iuuandus. Prima & secunda autoritas. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Ante statũ alui fluore fluente à facultate non vincente, sed irritata purgare non debemus. Prima autoritas. Secunda autoritas. In alui fluore symptomatico, nihil purgandũ in augmento. Tertia autoritas Com. 1. aph. 22. & 24.

re hinc nullus æger mori potest, vt ait Galenus: quam maturationem expectare tenemur, quousque *toto morbi tractu, coctı tandem* ſucci morboſi *expellantur ita morbo ſoluto*, ſaltem quo ad ſolutionem morbi magnitudinis, tam in morbis acutis, quàm in cronicis. Et licet Galenus ex Hippocrate dixerit *in diuturnis ſemper maturationem morbi expectare oportet, in acutis verò, ſi quidem materia ad excretionem ſiu prorıet, & gliſcat initio etiam purgare licet*. Attamen in fine quoque, in morbis acutis, maturatione iam facta materiæ, purgare expedit: ne recidiuet morbus magus, ea materia præternaturalis ſi denuo recrudeſceret. Hinc ait Galenus. *Quod ſi aliquid ad perfectam criſim deeſſe videbitur, id addendum erit, noſtraque opera ſupplendum. Nam quæ poſt criſim relinquuntur, recidiuos morbos faciunt.* Nam *quæ poſt indicationem* etiam factam *relinquuntur recidiuas facere ſolent* ait Hippocrates, vt etiam in Herophonti; in ægro in horto decumbenti: in Chetione, in vario ſupra Dianæ ædem decumbente; & in Anaxione pleuritico cecidit. At verò *Morbus magnus reuerſionem faciens magis quàm ab initio vrget* ait Hippocrates. Hinc ait *febres ſi alio die, quam indicatorio deſierit, recidiuam mereuere oportet*. Etiam Hippocrates libro de humoribus pag. 60. de coctis humoribus in fine morbi acuti ſimpliciter educendis ait. *Et quæ ad vigeſimum diem pertingunt, præterquam quæ infra feruntur, plerunque purgare oportet, eaque non prope indicationem, ſed longius.* Præterea Hippocrates etiam de purgatorijs remedijs interprete Heurnio in ſuis adnotationibus pag 172. ait. *Qui validis febribus implicıti iacent, his non ante febris remiſſionem pharmaca dare oportet tex. 20. ſin minùs cunctandum ſaltem ne citra decimum quartum diem repurgetur*, cum ante decimam quartam diem interdum coctio perfecta non habeatur; qui liber Hippocratis à Galeno citatus eſt vt veræ doctrinæ. Cæterùm talis maturatio, ne dum quidem in morbis vniuerſalibus expectanda, at etiam in particularibus inflammationibus, ait enim Galenus, *ſæpiùs namque fit, vt* humores *quieſcant, & parte quapiam firmati tandiu maneant, donec toto morbi tractu cocti tandem expellantur, ita morbo ſoluto.* Hippocrates etiam, cum de pleuritidis humorum collectorum eductione conſcripſerit; ait. *Vena enim quicquid in ea ineſt pituita & bilis, & ſanguinis morboſi, vnà cum his magna ex parte foras emittit. Pars verò ex carne per medicamenta, & potiones diffunditur.* Medicamenta autem, quænam ſint in pleuritide ex Hippocratis ſententia adhibenda ſunt peplum, & eleborus odoratis præparata. Quæ medicamenta ſanè in peracuto morbo, qui in ſeptimo die deſinit etiam propoſuit, nempe in dolore tumoroſo pectoris vehemente multis ſymptomatibus annexo, & qui ita laborat, ait *Hic intra diem ſeptimum perit homo*. Cui quidem in principio morbi purgans medicamentum nullum præbet; ob ſymptomatum enim vehementiam, neque in augmento, nec in vigore talia medicamenta neutiquam exhibenda, neque in principio, cum morborum inflammationes ijs medicamentis nihil cedant, vt antea demonſtratum eſt: Vnde alijs preſidijs iſtius morbi magni curationem conſtituit, vſque ad ſeptimum ſine purgatione. Sed elapſo ſeptimo, factaque maturantibus remedijs coctione, purgat; dum ait. *Cum vero ſeptem dies præterierint, & perſeuerauerit dolor; dolentem intus partem oleo linito, eademque præcipuè tepefactoriaque in morbo laterali adhibeto. Et potionem ei ex peplio, & peplo, & grano cnidio ad purgationem propinato* Cæterùm aduerte Hippocratem humores in pleuritide, ac in alijs inflammationibus etiam impropriè vocatis iam maturatos, in carne repertos, per hæc medicamenta potiùs per totum diffundi, quàm educi, eos verò in venulis extremis educi. Galenus autem clarè hos humores iam coctos in declinatione tantùm expurgari poſſe, faſſus eſt, dum de hiera ſacra Themiſonis ab Aſclepiade data exarauit, *Porrò ad inflammationem habentes non ſimpliciter in omni inflammationis tempore dandum* hoc medicamentum *eſt, ſed vbi concocta fuerit, & declinarit &c. Ad declinationem autem internarum inflammationum cum aqua mulſa tempeſtiuè, quis exhibuerit drachmam argenteam.* Diuinus ſenex autem lienis morbum magnum, ac inflammatorum *ob bilem ſolis calore commotam* genitum curat, abſq; ſolutiuo pharmaco, vſque ad vigorem vniuerſalem, *Progreſſo vero morbo, dimittit*, verum præſidijs maturantibus, coctione iam humorum facta, purgat, eo vigore tranſacto, quia dixit. *Huic veratrum deorſum purgans propinato tum grano cnidio ſubter purgato.* Pro ſuccis lieni colletis, & iam ſatis coctis educendis. Idem autem quoque in ſecundo, ac tertio affectu lienis, & quarto, agendum eſſe ſtatuit pag. 575. & 576. ex Foeſio. Quocirca etſi Gal. dixerit. *Nam in diuturnis ſemper maturationem morbi expectare oportet*, id nihilominus etiam in acutis expectanda, niſi materia turgeat, quod per raro fit: Hinc peracuto morbo eo laterali ſimili, materia turgente haudquaquam exiſtente, immo è contra magnitudine morbi vehementiſſima acuta ſanguinea reperta, non præbuit medicamentum, vt iam ſtatuit ibi *ſi vehemens, & magnus fuerit morbus* tantùm enæmate vti debemus *ſi vero non vehemens*, & magnus; tunc poſt venæ ſectionem *ſecurè, & mediocriter porrigendum* ſolutiuum medicamentum, vt etiam Galenus ſtatuit in pleuritide ſpuria Hippocrates enim de morborum *potiſſimum iecinoris* doloribus *lienis* grauitatibus, atque inflammationibus alijs, & ſuperioribus *ſepto tranſuerſo* doloribus, de *morborumque* collectionibus, tumoribus, tenſionibus, atque denique obſtructionibus, omnibus tamen inflammatorijs intendit

Ergo iamiā poſt ſt ıù. Aliud autem imminutū à natura vincente factum ruinæ debemus ſeptimis autoritas. Obiectio tollitur.

Alij loci vbi habetur; q in morbis relinquuntur poſt criſim, recidiuas facere cōſueuere: v… purgandum eſt.

Circa declinationem vniuerſalem morbi … ſ: facta maturatione ſuccorum purgare oportet exemplum Hippocratis.

Purgandum eſt non prope iudicationē, ſed procul à iudicationibus, circa vigeſimum diem, vt in acutis ſimpliciter non exactè: & vſq ad decimum quartum diē in acutis ſimpliciter exactè ex Hipp.

Hipp. mente facta maturatione hu… rum in loco inflāmato … … … … … … primo die … … … eo ſeptimo die purgandum eſt: … … … quā: ſed … … … curatur … ratione ſucci nondū collecti fluentis, & … lemente purgandum eſt corp⁹ ante quartum diem leni eductione.

In dolore inflāmatorio laterali ſeptimo tranſacto, vt in declinatione pharmacum ſolutiuum dabat Hippo. cocta iam materia.

Galeni et exemplo … … in talibus inflāmationibus io. cta materia in loco inflammato contenta, in morbi declinatione purgare expedit.

Aliud Hipp exē plum lien bilē … Hip. … vnde … tumor inflā … … … precedentia ſeu declinatione, … purgauit Hipp.

A … Hipp. exempla adē cō firmatur.

Obiectio tollitur antea etiam poſita.

A

1. Aph. 10.

6. Epid. ſect. 3. ex Foeſ p. 588. 2 Epid. ſect. 3. t. 8. 3. Epid. ſect. 1. t. 25. 3. Epid. ſect. 1. t. 20. 1. Epid. ſect. 1. t. 25. 3. Epi. ſec. 1. t. 3. 3. Epid. ſect. 3. t. 72. 3. Epid. ſect. 3. t. 79.

B

De intern. affect. 555. Coacæ præ. 10. p. 117. 4. Meth. c. 6. Com. 1. aph. 22. Li. 1. de morbis p. 448. ex Foeſ.

Lib. 3. de vict. rat. in m. a. t. 11. De intern affec. lib. pag. 554. ex Foeſ.

C

4. De vic. rat. in m. a. t. 32. Loco anteaci. p. 554.

8. De … med. 5. 1. 6. 3.

Lib. de intern. aff. ſt. 574.

D

Com. 1. aph. 24.

4. De vict. rat. in mor. acu. t. 21.

Com. 2. de vict. rat. in m. acut. t. 13.

4. De vict. rat. in m. a. t. 21.

In acutis etiam maturatio expectanda: niſi materia turgeat.

In morbis vehementer magnis ſyliarata ſolummodo … vel lenientia in principio ſi vero magni non vehementer fuerint, poſt venæ ſectionem purgandum eſt, Hippoc. & Galeni exempla duo.

A dit; qui morbi sanè magni, vt ait, *solui non possunt, si quis priùs medicari aggressus fuerit*. In principio tamen si vehementer magni non fuerint morbi, medicamento est opus, non quidem ad collectum succum fluxum educendum, verùm tantùm ad euacuandum, simulque reuellendum adhuc fluentem, atque fluxurum, vt in differentia quinta videbo. Quandoquidem si Hippocratis, & Galeni æuo, hæc lenientia à nobis exhibita nunc, nota fuissent, procul omni dubio lenientia isthæc hi Autores etiam in morborum inflammationum principijs præbuissent, ad fluxiones reuellendas, seu deriuandas; vt omnes Medici nostro tempore hæc lenientia tuto præbent.

In acutis nō vehementer magnis, sed solùm magnis ad deriuandum purgatur.

CAPVT IIII.

Tertia humorum differentia manifesta fit, quæ vt partim concocta medio quodam modo subpurganda est.

B



Voniam inter duo contria extrema per horum participacionem, seu negationem, medium inuenitur; quod illico post eorum extremorum explicationem, declarandum venit: Ea propter, his duabus extremis cacochymiæ patefactis differentijs, nunc mediam examinare differentiam æquum erit. Qui succi, vt eductioni proportione respondeant, sicuti subiecti sunt, etiam subpurgandi veniunt. Nam ex distinctione exactè succorum coctionis, aut summæ cruditatis, vt ante iam tetigi ex Hippocratica doctrina statuta, omninò iam patenter notum esse reor; quòd sicuti non est purgandum in summè crudis, vt prorsus immobilibus, nihil seiunctisque à succis alimentalibus, impedita natura priùs coctioni destinata: Vnde ad segregationem eorum accedere non potest, neque postea, vt deberet medicamento irritata, eos expellere valet, quin prius eos coqueret: Sic in oppositum purgare tenemur, quoties hi succi summè crudi, seu inconcocti non fuerint, quinimmo subcocti, vel mediocriter cocti, aut aliquantulum cocti: Quandoquidem purgatio succorum eorum coctioni adæquari debet; supposito virium robore valido permittente; Verùm hos succos, aliàs dixit *subpurgare conuenit*, cum ibi appareant vrinæ coctionis signa, aliàs vero dixit *mediocriter porrigendum* medicamentum; si morbus magnus, peracutus omninò sanguine redundante non fuerit, alijs verò in locis habet, *aliquantulum purgato*, vt infra videbis. Quaui distinctionem ita posuit. *Quibus principio vrina, & nebulosa, & crassa* albas habentes nebulas, non autem nigras, nec subflauas, vt in commento ait Galenus. *Quæ concoctionis nota existunt: hos annuentibus cæteris* permittentibus *subpurgare conuenit*: ergo subcoctis succi morbifici educendi sunt sub purgatione; In oppositum verò ait de his, vt dicit Galenus *in quibus summa inest cruditas* pergendo ita. *Quod si vrina inter initia tenues fuerint, tales non purgabis*, cum ibi summæ creditatis notæ sint; ergo sequitur institutum: ex quo patet perperam quosdam putasse dunraxat *inter initia* in morbis acutis, & magnis non nisi turgentes humores purgare posse; cum *inter initia* quoque humores actu stabiles, verùm potentia mobiles, ac fluxiles, à succis sanis segregati, vt quadantenus cocti, nihilque turgentes inueniantur purgationi paratissimi, sicuti etiam de morborum inflammationibus magnis partim cacochymijs exarauit; priùs vena secta; ac exinde soluente medicamento dato ad succos fluentes, & fluxuros reuellendos, simulque educendos, circa initia, cum ij humores nullatenus turgentes sint, Quod eò magis alijs Hippocratis autoritatibus adhuc clariùs dilucidare mihi facile erit: Quandoquidem interdum ex vrina, notæ coctionis ab aliquo impedimento per accidens, vt loco proprio videbo, non apparent: Ideò ait Hippocrates. *Hos si ab initio medicamentis purgare volueris, id ante quintum diem faciendum, si venter murmurauerit, alioqui à medicamento abstinendi: Quod si murmurauerit, aluique egestiones biliosæ fuerint, scamoneo exhibito, moderatè purgandum*. Murmur enim ventris, vnà cum inclinatione succorum, ad aluum, vel ad ventriculum, ceu ad terminum, aut viam aluinæ purgationis, ab Hippocrate, vt nota alicuius coctionis materiæ educendæ, nobis assignatur sine humorum turgentia; quia tunc quadantenus materia ea habetur tenuis, fluxilisque vt cocta à Natura. Coctio enim fructibus etiam maturandis communis in humido consistit, ac molli; sicuti cruditas in sicco, ac duro: hinc maturatio influxilitate; cruditas verò in stipcitate se habet: Maturatio insuper huic fluxilitati iuncta procul omni dubio, vbi inutilia ab vtilibus segregata sunt, reperitur cum inclinatione ad exitum alui, quæ inclinatio à murmure dignoscitur: Quocirca pluribus tationibus (quas infra ponam) tunc nobis purgandum est: Alexander itaque, decreto Hippocratis adscribens, ait, *cum per initia esset* materia subiecta, vt cruda *immobilis, nunc aliquo modo agitari incipiat, atque alias in aluum locum descendere, interim ad os ventriculi, & intestina, interim etiam ad articulos, aut cutem, Peritum Medicum igitur animaduertere hunc humorum* motum,

Margin notes (left): 4. De vict. rat. in m. a. t. 43. & 44. — Gal. 6. epidem. com. 3. cont. 32. & com. 2. cōt. 33. & com. 2. apho. 22. & 24. & alibi. — C — Et 4. de vic. rat. in m. a. t. 76. Tex. 91. De interne. effec. p. 586. 4. De vict. rat. in m. a. t. 43. Cont. 44. — 4. De vict. rat. in m. a. t. 21. & 22. — D — 4. De vic. rat. in m. a. t. 64. ex Fo. verò p. 589. — Hipp. 4. de morbis p. 513. & Gal. 4. de tuen. san. c. 5. & 12. met c. 3 Arist. 4. meteor. t. 3. & c. 4. — Lib. 22. c. de humoribus.

Margin notes (right): Conexus. — Cap. 2. ratione 19. cur cruda medicamento tentanda non sint. — In morbis magnis tam acutis simpliciter quā cronicis cacochymia semicocta inchoatiua coctione in augmenti principio subpurganda est. — 4. De vict. rat. in m. a. t. 43. & 44. — Varij modi ab Hipp. nuncupati, de ipsa subpurgatione loquendo. — Primus Hip. locus comprobās nostrum assumptum. — Signū cacochymiæ sub coctæ ex vrina. — Vbi vero humores summè crudi sunt non sunt agitandi. — Aliqui decepti fuere non purgātes. — Inter Initia et humores potentia mobiles purgandos. — Secundus locus Hipp. — Tertius Hip. locus. — Ante quintum diem educendi hi succi sunt. — Secundū signū subcoctionis cacochymiæ subpurgandæ ex ventris murmure. — Alexander.

motum, & obseruare diligenter oportet, & dare aliquod, quod eos subducat, antequam oberrantes noxam intulerint, in partem aliquam nobiliorem; decumbentes. Dum itaque coctionis nota vel per vrinam, aut murmur, quod semper succorum ad aluum tendentium procliuitatem ostendit nisi veteratus fuerit, *strepitus à spiritu editus, appellatus, quum scilicet neque multus existit, & cum aliqua mediocri humiditate deorsum mouetur, vel sint flatulentiæ, & fluctuationes cum sonitu Græcè Clydones dicti,* quia ibi purgandum minimè est. Nisi admodum leuiter; cum ibi flatus valdè leuem quoque *vel debiliter* concoctionem iam factam fuisse perpetuo portendat. Verum enimuero. Diuinus senex statuit, non primo nec secundo die, eos humores educendos esse; cum tunc cruditas sit eorum succorum: Verùm tantùm, facta priùs aliqua coctione inchoatiua; ante quintum diem, vt ab initio sint purgati, dum vires validæ adsunt, atque prius quam symptomata morbi magnitudinem cacochymam consequentia, augescant, ac vehementissima fiant, tunc enim quiescendum est: Vnde pro istius rei confirmatione ait. *At si liquidam aluum habenti causus superuenerit, si tibi purgatio idonea videatur, eam non tribus primis diebus adhibebis, sed quarto.* Vlterius conscribit. *Quarto die medicamentum purgans propinato, tribusque primis diebus aluum per infusum subluito, atque si sic non lauetur aliquantulum purgato.* Pro cuius confirmatione Celsus, inquit, *seruanda verò illa sunt, ne ante diem tertium ducatur, ne vlla cruditate substante, ne in corpore infirmo &c.* Cæterùm aliquem video objcientem, cum in principio morbi nullum sanè signum demonstratiuũ coctionis sit, ergo potius sub ratione turgentiæ humorum, tales purgationes fieri debent, quàm secus. Nam *In morbis acutis raro, & per initia medicamento purgante vtendum est. Nisi sua instabilitate naturam ad excretionem stimulent, cuiusmodi per pauca esse &c.* Verùm hic Gal. per humores instabiles, turgentes quidem intelligit: quod confirmare Alexandrum, voluisse patet, his verbis. *Quando igitur humores compendiosè subducendi sunt? Nimirum cum diffundi iam eos, & turgere tandem conspexeris*, & illico cap. sequenti posuit ea iam antea allata, nempe *cum per initia esset immobilis, nunc aliquo modo agitari incipiat, atque alias in alium locum &c.* Pro solutione, primò aduerto; Morbi principium tum acuti, exactè simpliciter vsque ad quartum decimum diem perdurantis: tum etiam acuti simpliciter, non exactè vsque ad vigesimum extendentis, quod principium non vtique primam inuasionem intelligo, nec latitudine vacantem, verùm partem eam totius morbi vniuersalis primam, quousque augmentum inceperit perdurantem, nempe vsque ad integrum tertium diem, cum hæc tria morborum acutorum principia sint. In quo quidem principio nullum coctionis signum apparet, nisi in eius fine. Augmentum verò secunda morbi acuti inuasio est, cum latitudine, quæ accessionis longitudine, & elapso toto die tertio incipit, aliqua vehementia incipiente symptomatum; cum tunc incipiant, mitiora existunt. Vnde cum antepositione, maiorique perduratione, maiorique vehementia apprehenditur, perpetuo tamen cum aliquibus coctionis signis conspicitur, ait enim Galenus. *In tertium vsque diem morbi* principium *extenditur* & alibi, *quod ad tertium extenditur diem* inquitque *quo pacto verò quispiam, aut iam præsens, atque perfectum id, quod tanquam totius pars morbi principium accipitur cognoscere queat, aut iam finiturum præcognoscere, mihi iam videor demonstraße. Nam iam perfecti principij manifestum, & firmum signum est, coctio manifesta,* & alio in loco habet. *Nam in vniuersum oportet cognoscere, quod nisi manifestum appareat indicium coctionis, totum illud tempus inter mediũ est principium morbi.* De cronicis verò ait morbis *neque intra septimum, sed neque etiam decimum quartum diem manifestum coctionis signum, si morbus natura longus extiterit quemadmodum exempli gratia febris amphimerina.* Declarat autem quid intelligat per manifestum coctionis signum, vt per id facile ipsius perfecti principij terminum postremum aut venturum præcognoscamus, aut præsentem dignoscamus, hoc modo *quispiam habere posset manifestum coctionis signum; sic autem appello ea, quæ inter debilis sint, & perfectæ coctionis inditia:* veluti mediæ coctionis firmæ notæ, inter vtrarumque extremarum coctionum notas. Ea propter, primo de perfectæ, seu completæ coctionis inditijs demonstratiuis verba fecit, *Perfecta igitur coctio est quando in vrinis subsiderit aliquid albũ, & lene, & æquale & continuũ.* Postea debilis coctionis ex vrina notas tradidit. *Debilis verò coctio est, quando ex aquosa vrina mediocriter subpallida facta fuerit, & quidem turbida si apparuerit, & talis permanserit, hæc quoque, & debilis coctionis est signum, & rufa etiam. ac tenuis ex eodem genere est.* Ex ijs autem inditijs extremis media inditia subinde elicit. *Sed nihil horum iam principium esse finitum ostendit. Hæc enim manifestius inditium semper expetunt non solam nebulam albam, aut suspensionem æqualem continuam, atque albam: Et quidem rubens nebula, & subsidentia tali, & sine subsidentia bene colorata vrina, & crassitudine mediocris, principium finiße ostendit. At verò quantum adhuc præsentibus deficit ad manifestum illud coctionis inditium, & à morbi motu, & à natura, & anni tempore, ac regione, & ætate, & temperatura ipsius laborantis inuenies &c.* His itaq; hunc in modum statutis; dico, in toto principij spatio fuisse cruditatem, sed in quarto die, vbi iã initium incrementi apprehenditur, ibi coctionem manifestam esse, quia ipsa coctio semper inter principij finem, ac incrementi exordium necessariò habetur: Quocirca vbi ait Hippocratis. *Si quid mouendum circa initia moue; Vigentibus autem quiescere multo præstat, circa enim initia, & finem morborum remissiora sunt omnia, in vigore verò vehementiora*, ibi quidem per initia etiam incrementi initium comprehendit, vbi symptomata morbi magnitudinem cacochymam consequen-

Veterata murmura hypochõdriorum, chydones vocati hic succorum cõcoctionem non denotant.
Sed recẽtia murmura coctionẽ denotant.

Quartus Hipp. locus.
Quintus Hipp. locus 4. die purgandum
Celsus.
Dubiũ quomodo circa initia coctio esse sa[illegible]
Secundum dubium vt quatenus turgẽt e[illegible] succi.
Prima autoritas Hippocratis.
Secunda autoritas Gal.
Tertia autoritas Alexandri.
Fundamenta solutionis primi dubij.
Principiũ morbi triplex.
Principiũ morbi acuti exactè simpliciter [illegible] tertium [illegible] diẽ perdurãs [illegible] esse, at in manifesta coctione terminari.

Manifestum coctionis signum, vt principij perfecti morbi [illegible] quid à Galeno intelligatur, nempe [illegible] inter debilem & perfectam coctionem.
Perfectæ coctionis indutia à Galeno statuta ex Hipp.
Debilis coctionis ex vrina inditia à Galeno statuuntur.
Mediæ coctionis inter perfectæ ac debilis notas [illegible]
Ad primum dubium solutio.

Per morbi acuti initia etiam incrementi exordium intelligit Hipp.

A
Hipp. 4. aph. 71. & Gal. in com.
Gal. in com.
1. De symptom. causis c. 2.
Ibidem.
4. De vict. rat. in m. a. t. 64.
2. Aph. 29. & 30. & lib. de hum. p. 60. & 69.
4. De vict. rat. in m. acu. t. 39.
Eodem libro t. 76. in Foes. 390.
Lib. 2. c. 12.
B
Hipp. 2. aph. 24.
Ex Hipp. 1. aph. 22. Gal. com. 1. aph. 24.
Lib. 12. cap. quo tentatur dicernatur germana in fine.
2. Aph. 23. & li. de iudicationibus p. 67.
Lib. prænot. p. 54 & 3 de morbis vulg. p. 935. ex Foes.
1. De cris. c. 19.
Gal. & com. 2. aph. 12.
Ibidem.
Gal. com. 2. aph. 30.
C
Gal. 2. apho. 11. & 2. de crisi c. 19.
1. De cris. c. 19.
1. De cris. c. 19.
Ibidem.
D
Eodem loco.
Ibidem.
2. Aph. 29. & 30.

A sequentia quidem mitiora sunt, cum tunc incipiant; hinc tunc etiam securè, purgare valemus, conditionibus positis existentibus. Verùm pro secundi dubij solutione; perpendo circa Hippocratis autoritatem. *In morbis acutis rarò, & per initia medicamento vtendum, nisi materia turgeat*, eam intelligendam esse, de vehementer magnis acutis, nempe de peracutis, qui septem dierum numero desinunt, vel fuerint peracuti inflammatorij morbi, quorum doctrinam statuere intelligit, his verbis. *Potissimum verò, & iecinoris dolores, & lienis grauitates, atque inflammationes aliæ, & superiores septo transuersa dolores, morborumque collectiones*, de ijs enim ait illico *solui non possunt, si quis priùs medicari aggressus fuerit*: per medicari enim Hippocratis more, vt Galenus asseuerat *non ad cuiuscunque medicamenti exhibitionem referat, sed ad eorum duntaxat, quæ vim purgandi habent*. In peracutis autem morbis inflammatorijs potissimum circa initia purgandum non est, nisi materia turgeat, quia ait *quicunque autem ea, quæ inflammantur, statim morborum inter initia medicamento soluere conantur, ij non solùm ab intensa, inflammataque parte nihil adimunt, cum non cedat, obsequaturque, quæ adhuc cruda est affectio: Verùm quoque, & quæ morbo resistunt, & sana sunt, absumunt, colliquantque &c.* solui ergo nequeunt, exhibito priùs medicamento purgante, isti morbi acuti particulares, postea secta vena: Ibi autem duo constituere intendit; quorum primũ vt depromit Galenus in comento, est, quòd *Morborum, qui priùs sanguinis egent missione, deinde ab* B *ea purgari expostulant, catalogum facit*, ac isti sunt sanè acuti tam simpliciter, quàm ex decidentia, atque interdum quoque cronici. Aliud verò est, quòd quoties *vehemens, & magnus fuerit morbus*, nimirum peracutus, ibi vena secanda sit, *deinde clysmis est opus* relictis purgantibus medicamentis; vt exemplo Hippocratis; qui in morbo peracuto thoracis narrato antea, non nisi in declinatione; maturatione iam facta, soluente medicamento vti voluerit: Quod ex ijsdem loci propositi tex. 21. lib. 4. de vict. rat. in morb. acut. verbis paret, cum dixerit. *Nam venæ sectio in his præferenda venit: deinde clysmis est opus: si vehemens, & magnus fuerit morbus: si verò non: & postea medicamento opus sit, sanè id post sanguinis missionem. securè, & mediocriter porrigendum*, & Gal. dum hanc rem explanare voluit, ait *circa verò initia &c. de quibus Hipp. dixit: si quid videtur mouendum, moue, sunt autem hæc, maximè* nempe potissimùm, *ac semper quidem venæ sectio*: cum eatam morbis magnis acutis simpliciter, quàm peracutis comperat: *nonnunquam verò, & purgatio*: cum tantum acutis magnis simpliciter conueniat: non autem peracutis: Verùm adhuc clariùs habetur vbi ait. *Medicari in valde acutis*, idest peracutis, *si materia turget*, quod per rarò fit 1. aph. 22. Quocirca, cum in his peracutis morbis magnis magnitudo sanguinea vigeat, venæ sectione supplendum est, tum quia etiam in peracutis magnis secunda die symptomata sæuia morbi magnitudinem consequentia, aut tertio die vehemẽtia sunt, vt Phylisco cecidit, qui sexto die obijt, C & Erasino quinto die, & Critoni mortuo secundo die, Vxorique Dreomeadei sexto die mortuæ: præterea Philistæ quinto die mortuæ, Alterique angina laboranti similiter quinto die mortuo; Ac Adolescenti septimo die mortuo, Aliæque Mulieri ægræ mortuæ septimo die, Ac aliæ deniq; Mulieri similiter, quæ septima die perijt: Sicuti quoque Virgini Larissæ iudicatæ sexto die, contigit; dolores, nempe accessiones diebus paribus deteriores, habenti. Nec non tandem illæ Mulieri morosæ quarto die iudicatæ cecidit, In peracutis ẽt vniuersalibus nempe in ardente febre, solutiuum medicamentum non prębet, Hippoc. verùm tantùm lac asininum coctum ad aluum mitissimè subducendam. Ad Galeni verò autoritatem: in qua statuit, in morbis acutis per initia tantùm solutiua medicamenta danda, cum Hippocrate, vbi materia turgeat, Respondeo ibi, vt iam ostensum est, morbos peracutos in secundo, seu tertio die symptomata vehementia habentes, intelligere; quibus neutiquam medicamenta solutiua ignea, & validiora danda veniunt, nisi materia turgeat: quæ tunc sanè primo, aut secundo die illico, nulla expectata coctione, educenda, antequam inclinationem ad aliquam partem principalem habuerit definitam; cum ipsa materia tenuissima sit, Vnde non eget coctione, vt crassa, ac immobilis materia eget. Vbi verò vult Hippocrates quarto die, cocta iam quadantenus materia purgandum esse, de acutis simpliciter morbis, ac magnis intendit, in quibus quidem quinto, aut sexto die symptomata vehementia D habentur, vt vxori Philini die 20. mortuę contigit, & Mulieri in mendacium foro decumbenti die quarto decimo mortuę. Atque Herophonti die decimo septimo iudicato. Ad Alexandri verò autoritatem, dicendum esse reor, materiam subiectam ab Alexandro ibi recensitam, tribus modis quidem constitutam fuisse; Nam prout *per initia esset immobilis* vt cruda, *nunc* verò *aliquo modo agitari incipiant*, vt cocta materia, eam educendam esse statuit, priusquam ad aliquam partem principalem fluere ea incęperit, & hac ratione, nostro pręsenti instituto inseruit, nempe ante quartum diem, eam materiam educendam. Secundo modo vt ea materia motu peccet, accipi potest; quod adhuc etiam bifariam existimatur, vel enim motu indefinito ad nullam partem firmam, immo ad varias, ac plures partes, modo ad alias, modo ad alteras, cum fluxerit, eius exitum solùm quęrendo, absque quo alicuius principalis partis offensionem efficere exoptet. Aut motu terminato aliquam partem lędens tam principalem, quàm non principalem, dummodo morbum magnum efficiat, vel saltem efficere valeat; & isti duo modi ad hoc nostrum institutũ haud inseruiunt, verùm ad quartę, & quintę differentię succorum ad expurgationem relatorũ institutionem isti duo modi quidem facient. Quarto itaque die humores isti semicocti educendi sunt,

2. Aph. 30.

4. De vict. rat. in mor. acu. t. 21. In Hipp. lib. de fractur. com. 2. com. 29 2. aphor. 22. Vide com. 2. aph. 22. Hipp 4. de vict. rat. in m. a. t. 22. & in epist. de veratr.

T. 22.

Cap. 8. ex Hipp. lib. de internis affect. 554.

Com. 2 aph. 29.

4. Aph. 10.

1. Epid. com. 3. t. 18.

1. Epid c. 3. t. 25. 1. Epid. c. 3. t. 26. 1. Epid. c. 3. t. 28. 3. Epid. c. 2. t. 1. 3. Epid. c. 2. t. 4. 3. Epid. c. 2. t. 5. 3. Epid. c. 2. t. 7. 3. Epid. c. 2. t. 8. 3. Epid c. 3. t. 8. 4. De vict. rat. in mor. ac t. 7. 1. Aph. 22. & 24.

1. Epid. com. 3. t. 21. 3. Epid. com. 3. t. 9. 1. Epid. com. 3. t. 20.

Fundamenta solutionis secundi dubij.

Ad primam autoritatẽ responsio.

Hip. locus dilucidatur.

Hipp. quid intelligat per medicari.

Idem Gal. 2. de crisib. cap 9. & com. 4. aph. 1. & Aetios ex Antyllo tom. 1. li 3. c. 23. & Gal. lib. attributo de dynamidijs c 4.

In vehementer magnis acutis non est purgandum validioribus solutiuis in principijs, nisi turgeant succi.

In peracutis morbis particularibus pharmaca solutiua Hipp. non præbebat & si leniora dari possit in principio morbi.

Morbis peracutis secunda die symptomata vehementia sunt. Mortui ex peracutorum morborum efficacia, in Hippoc. historijs.

Iudicati ægri in peracutis morbis.

Nec peracutis vniuersalib. Hippoc solutiua dabat in principio tamen leniora exhiberi potest.

Ad secundam autoritatem.

Solutio est quod in peracutis morbis tum particularibus tum vniuersalibus, circa solutiua ignea, ac solutiuis vehementibus nõ sit purgandum.

Hip. quarto die purgandum esse statuit, quadã tenus cocta materia: in acutis morbis simpliciter, & magnis intendit.

Ad tertiam autoritatem quæ Alexandri fuit.

Prima ratio qua tales humores ante quintum diem ducendi sint.

di sunt, alloquin symptomata magna iam facta, longè deteriora euaderent, si in incremento so- A
lutiun igneo pharmaco purgare tentauerimus; ac etiam Naturam à dimicatione, quam cũ mor
bo magno, & cruditate habet, & à victoria tetraheremus: vt ex Hippocratis decretis antea sta- 2.Aph.29.& 30.
tutis patet. Vnde in morbis magnis, & simpliciter acutis ita agendum est. Sicuti in cronicis *sẽ-* Com.2.aph.24.
per maturationem expectare oportet, de purgantibus validis à proprietate specifica succos malos
attrahentibus intelligendo. In peracutis autem, sicuti Hippocratis lac Asininum sali, & meli

In peracutis morbis iã particularibus, quam vniuersalibus leniẽ- tis in principio dare licet.

coctum commixtum copiosè, ad aluum mite subducendam præbebat cum ei nostra lenientia
ignora fuissent, post eos Græcos inuenta: ita nunc syr.rof.sol.& cassia securè exhibentur. Nam
etsi ibi bilis purganda validè esset, tamen ibi, ob ingentem calorem igneum febrilem medica- 4.De vict.rat.in m.a.t.7.
menta ignea solutina non danda: hinc literis prodit Gal. *sicuti interdum, & alius affectus obstat,* 4.De men.fen. t.1.

Secunda ratio.

qui talem educendi rationem respuat. Insuper cocta ea materia, fluxilisque reddita, priusquam ali-

Tertia ratio.

quam principalem petat partem, vt Alexander ait, educẽda est: Porrò iam ex ea parte, quæ præ-
parata est natura ociosa non manet eò, quod subordinatim priùs concoctione concoquit, exinde
segregatrice malos succos iam coctos, à bonis secernit, ac subinde expultrice vi parata se habet
ad eos malos expellendos succos. Quocirca etsi natura etiam nullam inclinationem ad aluinã
purgationem sine eo murmure ab Hippoc. proposito haberet; mediocriter purgare tenemur, vt

Quarta ratio.

purgatio coctioni materię proportione respondeat. Vlteriùs Galenus ait. *Circa initia ergo ve-* B
rò illorum morborum, in quibus speramus ægrotum conualiturum tentandum est maiora afferre reme- Com.2.aph.29.
dia, de quibus Hippocrates dixit (si quid videtur mouendum, moue.); Sunt autem, hac maximè quidem
venæ sectio, nonnunquam verò, & purgatio: Quorum neutrum oportet in vigoribus adhibere: conco-
ctiones morborum tunc maximè fiunt; Vt igitur hæc citiùs eueniant, melius est in principijs euacua-
re; quo minorem iam factam materiam, faciliùs natura possit concoquere. Vnde ex quo, vt à ponde-
re eo materię copiosę iam coctæ, vt copiosę calorem naturalem grauante, natura exoneretur, vt
postea fortior natura facta coctionem cęterorum humorum notatu dignum ingredi valeat. Pri-
mùm autem aduerto quod concoctio duplex sit, nempe inchoatiua, atque vigoratiua: materia
verò iam cocta inchoatiua coctione, quarto die educenda est: Materia verò vigoratiua coctione

Ibidem.

cocta, in fine morbi tantùm, vigore iam transacto educitur: Ideo Gal. hic tantum coctionis, quę
in vigore fit, meminit, vt ibi est cum videre. Pręterea, cum hęc medicamenta solutiua, coctione
inchoatiua molita, ante quintum diem, vt naturę exoneratiua quidem sunt in causa, vt natura
coctionem aliam vigoratiuam ingrediatur; factaque ipsa coctione, faciliùs iuditia fieri possunt, 1.Epid. com 2. tex.45.

Medicamenta hæc principio exhibita, indicationem iuuantia Hip. appellauit.

ab ipsa natura; quia coctiones celeritatem iuditij, & securitatem salubrem protendunt: Hinc
existente inchoatiua coctione talia medicamenta per initia, data ab Hippocrate *ad indicationẽ*
iuuantia appellantur, & à Gal. *idest ad crisim iuuatoria dicuntur*, ab aliquibus verò, vt ab Auicenna C
tales purgationes ex Antyllo, Galeno, & Oribasio minorationes appellatę sunt; quę vtique pro 2. De vict.rat.in morb.ac.t.11. & Gal. in com.
vt circa initia adhibitę sint, admodum ęquè tum concoctioni vigoratiuę, tum crisibus venturis Lib.1.f.4.doct. 5.c.3.& 4
auxiliãtur. Eanque sanè ob causam hę purgationes *indicationem subeunt*, vt Hippocrates statuit.

Quarta ratio, cur pecuniaria in his purgatio conueniat.

Cęterùm adde, quod Hippocratis ait, vt antea quoque cap.1. libri primi hęc verba alia occasio- Lib. de loc. in homine p.421.
ne posita fuere. *Nisi enim, quod morbum facit, dimoueris, augetur: Omnia medicamenta sint, quæ præ-* De loc. in hom. p.419. ex Foes.
sentem statum dimouent; valentiora autem omnia immutant, licet aut, si quidem velis medicamento
transmoue. Ergo priusquam augescat morbus sua magnitudine cacochyma, eam cacochymiam
morbi magnitudinem facientem euacuare deuincimur, vt magnitudini istius incrementi pręue-
niamus, magnitudinemque ipsam pręsentem eripiamus, ac imminentem maiorem venturam
prohibeamus magnitudinem, vt semper verificetur ea Artis Medicę dictio ab Hippocrate posita

Quinta ratio.

morborumque vehementiam obtundas. Tandem in principijs purgandum est, cum tunc ex Hippo-
cratis, & Galeni sententia, mutationes morborum, qui sunt magni, & simpliciter acuti, in melius Lib. de arte p.4.
fiunt, priusquam hi morbi augescant, vt clariùs dicam loco proprio: Verùm enimuero, vt tutiùs De loc. in hom. p.419. paulo superius citato loco.
in quarto die purgamus, pręparantia alterando exhibenda sunt, vt nos his verbis Hippoc. docet.

Datis adæquantibus primo, secundo ac tertio die quarto purgandum est.

At verò ante medicamenti purgantis portionem, si quis febre vexetur: mane quidem aquam mulsam
aquosam exhibeto ad cito pręparandos humores. Nec hanc differentiam succorum, quę reuera D

Hip. exemplum hæc differentia humorum purgandorum dilucidatur.

ab alijs differt Hippocraticis exemplis, illustrare difficilè mihi erit, cum habeatur *cum febris ter-* Com.1.prorhet. 13.
tiana detinuerit, si quidem impurgatus esse tibi videatur, quarto die medicamentum purgans exhibeto: Hipp.2. de morbis 466.
intermedijs autem diebus cibis aluum subducentibus, vt est ptisanę cremor melle admixto, mellicra- Lib de affectio. p.531.
to, & alia similia, quorum alibi dixit, vt videbo. Pergendo autem ait. *Si autem quartana prehende-* Ibidem.

Secundum Hip. exemplum.

rit, si quidem impurgatus fuerit primum quidem caput purgandum, & tribus, aut quatuor interiectis, Idemq. de quartanæ alius cur. ait 2. de morb. p.468.

Nota caput purgari more Hip. venæ incisione, vt 6. epid. cap.2. t.9.

diebus sub ipsam accessionem medicari sursum purgans exhibendum rursus, aliquo interuallo interiecto,
aliud medicamentum deorsum purgans dandum. Morbus enim iste cronicus est: hinc nõ quarto die Lib. de loc. in hom p.421.
deorsum purgat, immo priùs cruditates primę regionis cruditatum vomitione educit, postea pa-

In morbis cronicis existente principio inceptu- vniuersalis sub purgare oportet.

ratos quadantenus humores alterantibus datis, deorsum purgat. Alibi verò. Diuinus senex in
febribus putridis ex pituita bileque putrescente ortis *cum corpore tumidiore reddito, cum carnes*
intumuerint, nullo balneo, post venę sectionem admoto iuuante aluinam purgationem proponit
ad morbi magnitudinem cacochymiam pręsentem eripiendam, simulque pro febre quartana vẽ-

Tertium Hipp. exemplum.

tura inhibenda: si itaque in his febribus, vbi totum corpus in tumorem quendam conuersum

repetitur,

A repetitur, cui solutiua pharmaca parum conducunt, purgandum est, ergo eo magis purgandum venit vbi tale corpus non erit. Postea tamen impedimentum proponit purgationem talem impediens pro cautione inquiens. *Neque tamen dum corpus turgescit* nempe omnino tumefactum, vt lassitudini phlegmonosę euenit, vt affectio inflammatoria, seu phlegmonosa est *medicamentum potui exhibendum*, cur verò non dandum sit purgans medicamentum, indicationem iuuans, ait. *Non enim indicationem nisi paruam subeunt, nimirum corpore intumescente.* Si corpus verò plegmonosum non fuerit, purgandum est, vt dictum est. Nam, etsi corpus id partium tumefactum sit, non tamen prorsus tumefactum est, nec in affectum inflammatorium redditum est, in quo rectè curando, sola quidem venæ sectio conuenit, vt etiam opere precedenti dictum est, ex Galeno; nam in tali affectu, vel vsque ad animi deliquium sanguis educendus est, aut bis in die, ferè ad animi defectum vsque. Post modum verò ait Hippocrates. *Quod si gracilem febris vrat, manifestum, quod non ob corporis tumorem febris detinet, ac si non esset. Huic medicamentum propinandum, quod educat, qua parte magis febris detinet, siue superiore, siue inferiore: Robustis quidem vt valens, debilibus verò debile exhibeatur medicamentum.* Hic igitur, duo præcipit: Primò enim ad locum expurgandum, cum eductio per vicinam partem fieri debeat: Ideo si materia vicina oris, ac facilè per euomitionem extrahi valeat, tunc per vomitum *in ipsis accessionibus*, etiamsi cruda B fuerit, tentanda materia venit: si verò facilè per aluum subduci possit, per eam partem expurgetur: *vbi finita accessione desierint, & vbi materiam concoctam, & consistentem viderit.* Aliud verò est, quòd ęgrorum naturam permittentem in robustam, ac debilem secuerit, Nam *in valentibus natura, valentibus medicamentis vtendum, in debilibus vero debilia medicamenta danda.* In morbo verò ab eo crasso appellato, cum ex pituita, ac bile simul commixtis, ex quibus *rigor, & febris prehendit, dolor ad caput decumbit, cumque ad viscera peruenerit strangulatum affert &c. Cneoro autem exhibito per inferiora aliquantulum purgato, aut grano cnidio, aut hippophaes succo. Lactis etiã asinini cocti octo heminas melle affuso potui dato* lactis enim ope eo plus ventrem subducit, igneũque calorem solutiuorum medicamentorum refrangit. Aliud autem exemplum in morbo regio flauo est. Ait enim *etiam medicamentum deorsum purgans postea bibendum dato.* In febre verò tertiana assidua, ait *si enim statim per febris exordia exhibueris, postquam purgatus fuerit febris repetit, rursusque medicamento indiget.* Per purgans verò medicamentum, vomitorium intendit; cum in ea febre ęger stranguletur, *& paucis cibis impletur, eos execratur, & vomitibus tentatur.* Ideo de aluina purgatione postea inquit. *Cum verò os minimè laboret, sed ad imum ventrem tormina decumbant, medicamentum deorsum purgans propinato. Posteaque lac Asininum, aut serum, aut succum aliquem bibendum dato.* Post solutiuorum nanque assumptionem vt purgantium igneitas contẽ C peretur, refrigerantia dabat Hippoc. & ad ventrem subducendam; Ideo ait *quo febris detinet frigidam aquam mulsam aquosam volet bibendam dato.* Verùm si cacoethis fuerit febris, aut petaecuta tale deorsum medicamentum purgans non dandum: cum dixerit. *Quod si febre detineatur, neque de nocte, neque de die remiserit, & ad contactum superiores quidem partes calidas habeat, venter autem, & pedes frigidi sint, & lingua aspera huic medicamentum purgans minimè exhibeto, sed molli infuso aluum subluito, & ptisanæ succum bis die frigidum sorbendum dato.* Hæc enim febris quarto die est cacoethis facta, cum interna vrantur, extrema algeant, ac sitiunt ęgri, lingua aspera affecti, hæc enim signa febris ardentis mali moris sunt, vt Galenus statuit: immo Hippocratem id decretasse patet. Cum ibi itaque partes internæ inflammatæ aliquo phlegmone sint, aut bile, aut salso humore inibi putrescente, ignea putredine ad interna quidem sanguis trahitur, hinc interna vruntur, ac externa algent: partes verò superiores à fuliginibus, ac fumis incalescunt valde: tunc igitur totum est negotium, in sanguinis missione, & in lactis asinini cocti, saleque, aut melle commixti exhibitione, vt ait Hippocrates ad aluum mitissimè subducendam, pro contemperandaque internarum partium inflammatione,
D
nihilque solutiui medicamenti ignei dandum, vt etiam Galenus affirmat.

Ibidem.

Ibidem.

4. De vict. rat. in m. a. t. 21. & 22.
4. De tuen. sani. c. 10.

De loc. in hom. p. 413. & 414.

De loc. in hom. 430.
5. Epid. ægro. 57 ex Foes. p. 1030.

Idem Hipp. l. de loc. in homine p. 420.
De intern. affec. p. 186.

3. De morbis 466.

Ibidem.

Ibidem illico.

Ibidem.

4. De vict. rat. in m. a. t. 36.
7. Aph. 73.

4. De vict. rat. in m. acu. t. 7.

Notatu dignum corp. phlegmonosum purgante medicamẽto non tentandum vt corpus inceptum est ad purgationem.

Quartum Hippocratis exemplũ. Quæ pars in febre laborat expurganda, siue per vomitũ, siue per secessum.
Primum notandum ex Hipp. hoc in loco.

Secundum notã dum ex Hipp.
Quintum Hipp. exemplum.

Sextum Hipp. exemplum.
Septimum Hip. exemplum in febre tertiana continua.

Nota in febre cacoethe seu petacuta hoc medicamentũ non dandum nisi in declinatione.

CAPVT

A

CAPVT V.

Quarta cacochymiæ differentia perpenditur. Vbi humorum propriè turgentium natura examinatur. In quibusque corporibus hi succi statim valde purgandi, & in quibus tantum subpurgandi, & in quibus nullatenus educendi sint dilucidatur.

Conetus.



Rimo cacochymia nihil purganda, secundo ipsa omnino euacuanda, tertio vero ea medio quodam modo deijcienda, iam explanata, Quarto ideo iure merito eos declarare succos teneor, qui propriè turgent, & qui illico frequentins valido solutiuo educendi sunt; raro vero, impedimenti ratione, solutiuo pharmaco vehementi irritandi non sunt. Quos humores Gippocratem constituisse, pro comperto habetur, his verbis, *concocta medicari, atque mouere, non cruda,*

B

Hanc Hipp. sententiam confirmauit Gal. 4. de san. tuen. c. 5. li. de totius morb. temp. c. 1. & 7. de crisi c. 9. & 3. de crisi c. 8. & 8. de com me. 5. l. 5. 3. de vic. rat. in 4. mor. ac t. 22. & tex. 38. & 1. aph. 21. & 24. & 4. aph. 2.

neque in principijs, modò non turgeant: plurima verò non turgent: quod etiam Hippoc. alijs verbis idem statuere voluit, *concocta medicamentis purgantibus agitanda, non cruda, neque in principijs nisi impetu suo ad excretionem ferantur, plerunque verò minimè ad exitum festinant.* Alio verò in loco ait. *Medicari in valde acutis, si materia turget, eadem die: tardare enim in talibus malum est.* Natura autem horum humorum, vt integrè nobis nota fiat, tribus rationibus mihi perpendenda est; in vniuersali vt contradistincta ab aliorum hucusque allatorum succorum natura: Vlteriùs natura specifica quo ad nomen insignita fit per analogiam animalium turgentium. Atque tandem natura specifica formalis, ac essentialis eorum. Quandoquidem ij certè humores à crudis immobilibus omnino, tum actu, tum loco, tum etiam potentia passiua contradistincti sunt; nam hi crudi, vt firmi, stabiles, nihilque fluxiles; penitusque immobiles, ab ijs motu actuali, ac potentiali quoque peccantibus contradistinguuntur. A secundis etiam, qui actu stabiles sunt differunt quia isti actu mouentur: hi à natura, & ab arte mouentur prætetea alterantibus cocti, isti verò crudi omnino quo ad nihil à natura, & ab alterantibus cocti sint: sic etiam à tertijs dudum statutis contradistincti sunt. Sanguis verò probus medius vtique est inter hos omnes quatuor humores morbificos: Quo ad nomen vero turgentis humoris, ait Galenus. *Dictum est, & à me priùs,*

1. Aph. 22 & li. de humor. p. 60

4. Aph. 20.

Turgentiũ humorum Natura patefit.

Turgẽtes hi humores primæ differentiæ cacochymiæ opponũtur.

Ac etiam secundæ cacochymiæ differentiæ contradistincti sũt.

Sic etiam à tertia differentia cacochymiæ cõtradistinguũtur.

Turgẽtis humoris nomenclatura à quo desumpta.

C

quod verbum (turgere) Hippocrates transtulit ab animalibus, quæ ad coitum properant, cum naturali quadam concupiscentia moueantur ad seminis excretionem, ostensum est enim in libris de semine, quod fœmina etiam in coitu semen excernit. Quando igitur vult in toto corpore similis huic fuerit natura impetus ad excretionem superfluitatum; vel si non toto corpore, saltem in partibus principalibus: tale quod consueuit Hipp. per verbum (turgere) significare, & statim per medicamentum euacuationem faciendam indicat priùs quàm vel virtus vitiata fuerit, vel febris caliditas aucta sit, vel ad aliquod membrum principale decubuerint ij, qui per corpus vagantur humores. Alio verò in loco inquit. *Quemadmodum enim animalia, semel libidine incensa abstinere non possunt titillata quodammodo, & impulsa, & stimulata ab eiusmodi affectus impotentia, sic sæpenumero humores dum motu feruntur concitatione, & da parte vna in alteram fluunt, morbi statim initio hominem angunt concitantes, & titillantes, nec quiescere sinunt. Tales ergo vacuare oportet, hoc est, qui mouentur, & quoquouersum feruntur per corpus, & fluunt.* Et alibi ait. *Quæ ad coitum rapiuntur trãslatum* verbum hoc *autem est ad eas, quæ properant, & celeriter mouentur ægritudines, & præcipuè, cum laborantis sensus ab inordinata humorum, & spirituum agitatione quodammodo irritatur. Nam in his tantùm quispiam rationabiliter pharmaco in principijs*, morborum valde acutorum, nempe peracutorum; vt ait Hippocrates *vteretur, cum adiuuantem habeat ad facilius attrahendum superabundantium humorum motum.* Quod quidẽ *per raro humores alias in aliam, atque aliam partem transferri, & fluere, sæpiùs nanq; fit, vt quiescant;* Cum autem horum humorum essentiam nobis tradere voluerit; Hæc Galenus. *Nisi sua sponte concitata id expetant, hoc est, nisi motus ad excretionem nos adducat, qui non dum firmam aliquam inclinationem, ac stationem, ad vnam partem habeat,* & lib. Galeno attributo, quem Oribasij esse dicunt; de ijs quos purgare oportet 88. Habetur *concitari verò, & turgere humores dicuntur, cum motu vehementi agitantur: ac ab vno loco ad aliud confluentes inter principia morbi hominem vexãt, doloresque, ac titillationes afferendo ægrum quiescere non permittunt. Hos ergo humores vacuare conuenit in motu, agitatione, & fluxu positos.* Ex quibus vtique omnibus huc vsque statutis, collige, Humores turgentes esse tenues quidem concitatos, peragitatos, atque simul peruagantes, ac ferentes succos vel per totum vniuersum corpus, vel per partes principales omnes simul, quales sunt cor, cerebrum, ac hepar, cum suis partibus, ijs principalibus inseruiẽtibus, subordinatis, nec non conterminibus, vel per aliquam aliam partem; quatenus isti humores turgentes adeò motu indeterminato peccant, vt nondum firmam aliquam inclinationem definitam, ac stationem ad vnam partem tantùm, vel ad plures partes obtineant, quinimmo interim ad alias, modo verò ad

Com. 4. aph. 10. Idem vide in 6. epid. com. 2. tex. 9. & in 1. prorhet. com. 2. con. 37. ex Hippo. in tex. tribus ijs. Vide Gal. idem quoque dicere com. 1. aph. 21. & 24. & 4. aph. 2. & 1. de crisib. c. 9.

Com. 1. aph. 22.

1. De crisib. c. 9. Idem vide in 6. epid. com 2. t. 9. & t. 13. & quis purgan oportet 88. H.

4. Aph. 10.

D

Tex. & com. 1. aph 22.

8. De com. med. 5. loc. c. 3.

Humorum turgentium essentia est exitũ quærere motu indeterminato per cantium.

Humorũ turgẽtium notæ ex Oribasio.

Humores turgẽtes quid sint colligẽ ex Hipp. & Galeni huiusq; statutis ex Oribasij.

A

tò ad alteras partes similiter nunc per illas partes, postea verò per alias partes peruagantes, & ferentes sunt: Quarenusque isti humores sua natura eorum excretionem festinanter quærunt: in ægritudinibus frequenter valde acutis, & magnis celerrimum quidem motum possidentibus, tempore earum principio existentes; qui sanè cum imminentem morbi magnitudinem cacochymiam grauissimam, lethalissimamque venturam gignere possint, si in aliquam partem principalem fluerent, validissimam, seu potentissimam, vel si in venis magnis inter inguinas, & alas putrescentes, sua velocitate suaque igneitate moram, facerent tunc sanè ita calorem cordi implantatum, tunque totum corpus calore igneo æstiuo, colliquatiuoque inflammarent, vt procul omni dubio, vnà cum eo calore naturali igneo penitus facto, breui tempore vniuersum corpus extingueretur. Hinc ea magnitudo imminens per se horum humorum ceu eius causæ syllogisticæ euacuationem illico moliendam indicat, ac eò magis, quò etiam adiuuationem tunc habemus ad faciliùs attrahendum superuacaneorum succorum motum, cum actu huc, & illuc ferantur isti humores, ac fluant motu indefinito. Cæterùm, vt penitùs isti humores clariori doctrina elucescant, trifariam isti succi ad locum, per quem fluunt relati, assumi possunt, vt reor. Nam vel vniuersales totius corporis sunt, vt ex ijs verbis manifestum est. *Quando igitur vel toto corpore similis huic animantium concitatæ ad seminis emissionem libidini fuerit Naturæ impetus ad excretionem redundantium humorum.* Pro toto autem corpore omnes quatuor cruditatum regiones intelligi debent, de quibus alio in loco dicam.

Turgentes humores vniuersales totius corporis.

Com. 4 aph. 10. interpr. Gulielmo Plantio Cenomano.

B

Præterea interdum peruagantes sunt in partibus principalibus particulariter, in eo, vt partes principales, vt potentissimæ ab Hippoc. appellatæ, & à Gal. valentiores vocatæ, perpetuò contendentes *superuacanea in imbecilliores procumbere*, atque transmittere, vt nocua: Vnde interdum inter hæc principalia membra excrementorum, & expulsio ab vna, ac repulsio ab alia fit. *Quo in certamine victoria potitur validior, Quapropter partes inferiores omnium primæ excrementitijs morbis corripiũtur.* Hæc Gal. Si in fortuna principalia membra facta imbecillia ab excremento sint inter ea quoque expulsio, & repulsio consurgit; tunc enim in alias imbecilliores natura factas partes superfluas non transmittunt; immo inter eas principales contentio necessariò fit: Vnde tunc humores circa eas partes peruagantur, feruntur, ac fluũt: ac ibi si ad aliquam harum partium accesserint, grauissimi morbi oriuntur; cum potentissimæ partes ita læsæ sint, vt Hippocrates ait, quòd ab ignobilioribus partibus excrementa omnia morbosa expulsa, hæ partes principales læsæ attrahunt, recipiunt, ac retinent, ægrotorum summa iactura. De his vero turgentibus ita ait. *Vel si non toto corpore, At certe partibus principalibus eiusmodi naturæ, quæ molesta sunt expellere gestientis motum consuevit Hippocrates.*

Turgentes humores in partibus principalib. particulares.

Com. 3 de nat. hum. c. 5. & in Foesio de nat. hominis p. 178. 13. Meth. c. 5. & de cura rat. per sang. miss. c. 8.

De nat. hom. t. 78.

Com. 4. aph. 10. interp. Gulielmo Plantio Cenomano.

Verùm tertio quoque modo turgentes conspiciuntur hi humores, dum aliqua in parte, tam principali, quàm

C

non principali sui exitum celeriter quærunt, vt de liene turgente scripsit Hippocrates, hoc modo *cum lien ex febre tumidus extiterit, quod fit, cum corpus extenuatur; ex iisdem enim & lien augescit, & corpus cõtabescit, Cum autem corpus extenuatur, & lien turgescit, vnà etiam cum corpore toto omentum extenuatum fuerit, eius pinguedo colliquescit: Vbi verò partes istæ pinguedine vacuæ fuerint; & ex liene turgescente in omentum defluxerit, quod cum nimirum valde vicinum existat, & vasa vacua habeat, id excipit.*

Turgẽtes humores in aliqua parte, tum principali, tum non principali particulares.

D. loc. in homine p. 412.

Tria vero hic aduerto, duo enim communia humorum propriè turgentium: Nam quemadmodum animalium omnium, tum generis masculini, tum fœminini semen, & seminis spiritus fœcundi priùs per partes pudendas peruagantes irritant, ac excitant eas partes ad eorum excretionem coitu moliendam, atque in eo, quod irritant, etiam eas partes in tumorẽ attollunt, impellendo, inflammandoque, nec non sicuti partes animalium pudendæ, à semine, ac eius spiritibus prolificis, & peragitatæ, repletæ, simulque tumefactæ, & concitatę sunt ad eorũ expulsionem efficiendam: Ita quidem lieni turgescenti, hæc duo ab Hipp. assignata fuere; cum in eo concitati succi sint inutiles, lienem in tumorem, inflammatione quadam impropriè dicta, attollentes, lienemq; proritantes ad suam expulsionem faciendã; quæ duæ conditiones humorũ turgẽtiũ sunt: qui sua natura peruagantes, eorumque exitum flagitantes, simulque properantes, nihil loco vllo quidem manentes sunt immo perpetuo latione, fluxioneque: indeterminatè actu hi humores mouentur.

Primum contemplatione dignũ, & secundum.

Hinc Gal. 4. de tuen. san. c. 5. ait hypochondria à flatu inflari turgida esse, cũ flatus ille, & materia, exitum quærat.

D

Cum itaque in liene enarrata adsit turgentia. Proinde Hippocrates de purgatione agenda ait. *Hunc sic curato. Medicamenta per quæ aqua purgetur potui exhibenda.*

Turgẽte liene purgare oportet.

De loc. in homine p. 412.

Tertium verò notatu dignum mihi videtur quòd Hippocrates voluerit, nisi hæc lienis turgentia curetur, medicamentis allatis; quòd pinguedo prius omenti, deinde totius corporis, à calore igneo colliquante succorum atrabilarium putrescentium, & aliorum humorum qui serosi existunt, in liene turgentes, ac putridi adeo colliquefiat, vt simul cum omento, quod lieni contermi num est, totum corpus extenuetur.

Tertium notandum.

Quid prius in nostro corpore colliquefit.

De loc. in hom. p 412.

Cæterùm mihi aliquis obijcere potest. Hipp. ait lienem turgentem, ad omentum determinatè suos transmittere succos; ergo turgentes succi firmam inclinationem, siquidem, ac terminatum motum ad partem lędendam obtinent, Præterea Gal. ait. *Perrarò humores alias in aliam partem transferri, & fluere,* ibi enim de humoribus turgentibus intelligit, & per aliam partem, definitam partem intendit.

Obiectio.

Turgẽtes humores motũ indeterminatũ possidere nondũ firmam inclinationem, aut residentiam ad partem vel ad partes.

Com. 1. aph. 22.

Obiectio ex Galeni autoritate confirmatur.

Ideoque dico omentum non esse terminum, ad quem fluunt succi lienis, cum careãt tali termino succi illi, qui per totum corpus peruagantes sunt, totumque corpus extenuantes; omentum verò vicinum lieni est, veluti via inter lien, & corpus totum.

Solutio.

Quo ad Galenus autoritatem; dico, ibi per *alias in aliam partem* indeterminatè

Ad Galeni autoritatẽ responsio.

A

minatē Galenum statuere, vt seipsum declarauit patenter, cum exarat, *qui non dum firmam aliquam inclinationem, ac stationem ad vnam partem habeat*, & alibi ait, *qui per corpus vagantur humores* ac etiam inquit, *feruntur per corpus, & fluunt.* Neque eos humores in liene turgentes, vt in termino à quo eleuantur ij humores, stabiles esse asserere poteris, cum in liene ipso vagantur, ac dimoueantur, eorum exitum flagitando. Tales enim succi turgent. *Nam quum humores redundantes mouentur, & quaqua per corpus deferuntur nondum corporis parte aliqua firmati, tunc ad eorū expulsionem natura incitatur.* vt Gal. statuit ac isti turgent: sic in aliqua parte principali dicendū est: Quam certe ob rem, perperam dicunt aliqui in pleuritide descendente Hippocratem purgare, cum ibi materia turgeat: Quandoquidem isti valde decipiuntur; cum ibi neutiquam materia turgeat, eò, quia tunc humores illi eam pleuritidem facientes, non solùm firmam inclinationem, firmumque motum, ac determinatum possident: sed etiam firmam stationem. Vnde nugacium est, hoc asserere, vt aduertit quoque Trincauellius, tunc enim, vt humores fluentes, ac fluxuros ad eum locum affectum (vena priùs tamen secta, vt securiùs id fiat, vt Galenus admonet) euacuamus, ac reuellimus: omnes nanque succi fluentes, lædentes aliquam partem, gignentesq; morbi magnitudinem caeochymam lethalem, vel præsentem, vel imminentem, tam morbifici, quàm sani, educendi sunt, vt ijs duobus capitibus sequentibus videbo, Dei auxilio. Verū enim verò eò, quòd humores illi *morbi statim initio hominem angunt concitantes, & titillantes, nec quiescere sinunt. Tales ergo vacuare oportet, statimque per medicamentum euacuationem faciendam indicat Hippoc.* humorum, *qui sunt in motu, & latione, & fluxu*, & ad suum exitum festinantes *eodem die ipso* Oribasius lib. Galeno ascripto de ijs, quos purgare oportet 88. H. ait, *in acutis verò morbis si statim inter initia primo die, vel non vlterius secundo purgatione vti velimus turgente materia.* Ergo primo die eos vacuare cogimur, aut secundo die, si primo non vocati simus, & ait Gal. *Verū in acutis quum initio statim, vel circa primum diem, aut non vltra secundum purgatione sit vtendum.* Vnde illico sunt purgandi, tum ex parte auxilij, tum ex parte malorum euitandorum: Ex parte nanque auxilij herele eò, quia tunc humorum motum adiuuantem habemus, vt à medicamento longè facilius extrahantur succi illi, cum ad exitum paratissimi sint; quinimmo ad suam euacuationem properantes introspiciuntur, tum etiam quoniam eodem tempore Natura ipsa valida irritata ad istorum humorum excretionem agendam vtique paratissima tunc habetur: Ex parte autem magnitudinis morbi cacochymæ lethalis incipientis, seu imminentis mortiferæ venturæ, iactura heret, illico turgente materia non educta, cum ea magnitudo incurabilis fieret, quoties, *vel corporis virtus collabatur, imminuaturque, vel febris augeatur calor, vel vagi, & errantes per corpus humores in partem quampiam principem decumbant.* Hinc dixit. *Itaque censet Hipp. protinus medicamento vacuandum esse, priusquam* hæc omnia, aut aliqua fiant. Hinc ait Hipp. *Purgandum est in valde acutis, si incitet materia, eodem ipso die, differre enim in talibus malum.* Cui sententiæ Aetius ascribere voluit; cum exarat. *Subtiles enim, serosique humores in morbis acutis, quando materiæ exuberauerint in principio purgandum, quod tamen cautissimè faciendum est, cum enim humores tunc agitent, turgeant, atque in præcipiti sint. Vereri oportet, ne aliquid viscerum, quod natura imbecillum sit, materiam excipiat: ac thorax præsertim.* Statim itaque, eodem ipso die tales succi ducendi sunt: turgentis enim materiæ præsentis præparatio fieri nequit; ait enim Autor ille. *Purgatione vti velimus turgente materia, huius modi præparationi locus non est, nisi* hac cita coctione *quis fortè nactus fuerit occasionem aquam mulsam exhibendi, in qua hyssopum origanumue, aut tragoriganum, vel thymum, vel pulegium, vel quippiam aliud humores attenuans incoxerit.* Cæterum ait Hipp. *In morbis acutis rarò, & per initia medicamento purgante vtendum est. Idque diligenti cum præmeditatione facere oportet*, & alio in loco, de mulieribus prægnantibus à quarto vsque ad septimum mensem, rectè purgandis, ait *cautius, religiosiusque agendum esse.* De solutiuis asserendo igneis validis; ac in valdè acutis, seu peracutis morbis, vt alio in loco explanauit: ac vt abundè capite præcedenti demonstraui: cum in peracutis supplendum sit venæ sectione, & lacte asinino copiosè dato, pro aluo soluenda Hippocratis more, vt cap. proprio dicam. In morbis itaque vehementer magnis, valdeque acutis, tum peracutis, circa initia rarò purgare oportet. In magnis verò simpliciter, ac simpliciter acutis frequenter in principijs purgandum erit, tum ratione, & differentia, iam cap. præcedenti allata, tum etiam dum in eis turgeat materia, tum etiam alijs rationibus, quas proponam in sequentibus capitibus, alias humorum purgādorum differentias declarantibus. Rarò autem in vehementer magnis, & valde acutis purgare oportet in principijs; Cum duntaxat dum humores turgent circa initia in his morbis purgandum veniat, Hippocratis decreto: etsi sub hoc decreto etiam turgentes impropriè humores, tum morbifici, tum sani motu determinato peccantes aliquam partem eò magis morbi magnitudine lethali vel infelici lædentes educendi, reuulsionis gratia reducendi sint, In morbis tamen simpliciter magnis, tum acutis simpliciter, tum ex decidentia, tum in cronicis, vt in pleuritide, doloribus vehementissimis, in angina in sugillatis, in nasi fractura, in percussisque, vt videbo proprijs locis. Ratio enim est, quòd non vt turgens materia indicat sui euacuationem, immo quatenus tantū vel magnitudinem morbi cacochymam per se lethalem, vel infelicem, seu tædiosam efficit, vel efficere imminenter potest; ab ipsa magnitudine illius materiæ eductio per se primo tollēdæ indicatur.

Quod

Obiectioni aliq oppon unur.

Aliqui notātur: putantes humores motu determinato peccantes esse turgentes ꝓpriè: quod falsum est.

Cur statim educendi sint ij turgētes humores, qui illico incipiēte morbo acuto magno habentur.

Turgētes humores in motu, in latione, & fluxu inde terminato sunt, ideo illico educendi.

Primo vel secūdo die.

Hipp. Gal. Oribasius Aetius, Antyllus.

Illico purgandi veniunt ratione auxilij quod habetur ad eos euacuandos & ratione præseruationis à iactura imminente ventura.

Aetius ex Antyllo & ex Gal. idē comprobat.

Turgentium est sa præparatio.

Cur dixit Hipp. id facere nos debere diligenti cum præmeditatione, & accurata cautione, ac religione.

Quia rarò in valde acutis & vehementer magnis.

In principijs solutiuis validis purgandum.

In valde acutis ac vehementer magnis morbis circa initia tātū cū materia turgens purgabis, tunc non tā materia propriè turgēs quā nō propriè turgens intelligi debet educēda quoties morbi magnitudinē cacochymā lethalē gignat, aut gignere possit, impropriè tamen in non vehementer magnis, & in non valde acutis.

Succi turgentes sui eductionem nō indicāt principaliter, sed vt vna cum magnitudine; considerata.

a. De com. med. 5. lib. c. 3.
Com. 4. aph. 22.
Com. 1 aph. 22.
4. Aph. 1.
2. De vict. rat. in morb. acut. 11. & 4. de vict. rat. in mor. acu. 6.
Lib 1. epi. medicinal. f. 183. col. 1. lit. A.

B

Com. 1. aph. 11.
Com. 4. aph. 10.
Com. 1. aph. 11.
Hipp. de hum. pag 59.
Hipp. 4. aph. 10. & Gal. in com. & in 6 de vict. vulg. c. 2 1. q.
Com. 1. aph. 24.
Com. 4. aph. 1. & 2. & in 6. epi. c. 3. com. 9 & 1. de crisib. c. 9.
In 6. epid. cap. com. 33. & de ijs quos purgare oportet 88. H.
Gal. 4. aph. 10.
Ibidem.

C

Ibidem.
Tom. 1. 3. ser. ex si. Gal. de dynamid. c. 4 & 12. meth. 1. Aetius habet.
De ijs quos purgare oportet. H.
Idē Gal. in com. 1. aph. 24.
1. Aph. 24.
4. Aph 1.
4. Aph. 10.
4. De vict. rat. in m. ac. 1. 21.

D

4. De vict. rat. in m. a. 1. 7.
4. De vict. rat. in mor. acu. 21.
4. Aph. 10.
4. De vict. rat. in m. ac. 21. & 1. aph. 10.
1. Aph. 22 & li. de hum. p. c.

A Quod quidem in vehementissimis morbis non est obseruandum, nec in valde magnis pariter agendum est: nec in valde acutis nisi turgeat. At verò in his morbis, non nisi per rarò materia turget ait Hippocrates: ergo quoque perrarò in ijs morbis circa initia purgare conuenit: Eanq; sanè ob rem interdum non purgandum est, licet materia turgeat, cum turgentia corpora ad purgationem alui parata non sint, immo inepta sunt: cum dicat *Interdum nec ipsa laborantis natura medicamentum admittit*, nempe quando natura corporis turgentis ad purgationem agendam, inepta est, vel naturaliter, seu accidentaliter: Quocirca vt istius rei integram habeamus doctrinam, modo vtilitatem, & iacturam porgationis turgentium succorum perpendere teneor; Detrimenta nanque omnia huius purgationis, cum nec à vijs, nec à succis ad euacuationem iā exactè præparatis emergant, quippe tantum à corporibus turgentibus ad aluinam purgationem ineptis exoriantur; Ex quo, quæ nam corpora ad aluinam purgationem inepta sint, etiā disquiram. Quandoquidem, tametsi illico solutiuo pharmaco eos turgentes purgare succos deuincamur; cum ibi præparatio sit æqoè tum horum humorum, tum viæ, per quam facilè eos educere humores valemus; nihilominus cum etiam corporis turgidi præparatio requiratur ad aluinam moliendam purgationem; Ideo interdum etiam præsentibus his succis turgentibus, solutiuo pharmaco sanè valde non est purgandum; immo tantum leui leniente remedio aluus

B lenienda venit, ob corporis indispositionem, solam subpurgationem permitrentem: Quandoque vero adeo corpus ad aluinam agendam subductionem ineptum inuenitur, vt nullam omnino alui eductionem admittat, leniente ore assumpto; immo duntaxat enæmatis ope aluus subducenda est; vel euomitionibus rectè vti possumus. Cum autem hæc doctrina Hippocratis, & Galeni decretis huc vsque à nullo scriptore vndique promulgata fuerit: Proinde in meorum ægrotantium vtilitatis studium, huius doctrinæ explanatu difficilis dilucidationem penitus ingrediar, vnà, & vtilitatem, & damnum, quæ à medicamento solutiuo attingi possunt, enarrabo. Cum res ipsa ita difficilis sit, *vt eum magna religione, & circunspectione facere oporteat*, vt Hippocrates ait: & Galenus inquit. *Vnde mihi videtur Hippocrates rectè illud addidisse: Idque diligenti cum præmeditatione, & consideratione accurrata facere oportet*. Et alio in loco habetur. *Cum neque affligentes humores plerunque concitati sunt à principio: neque si hoc adsit, ægrotus aptus sit purgationi, vel se præparandi tempus idoneum nobis non præstet*. Et alio in loco ait Gal. *Maiorem igitur ex infestorum humorum vacuatione vtilitatem consequi oportet, quod ex medicamentis purgantibus* igneis *corpus necessariò accipit*, ab ijs enim calsit, exsiccatur, simulque inflammatur, & colliquesit. *Non igitur propter calorem illum febrilem purgatio nobis instituitur (hanc enim scimus quantum in se est nocitura) sed humorum, qui febris causa sunt nomine*. Ideoque vtili-

C tatem eum proposuerit, necnon damnum declarauerit, quod ex ijs medicamentis corpus recipere potest: illico pergendo prius emolumentum narrando, ait. *Maiorem autem vtilitatem esse contingit, si & citra molestiam, & totus humor nociuus, & infestus vacuetur*. Subinde verò tres conditiones statuit, quibus eam vtilitatem consequi valemus *Quod, vt fiat, videndum primum est, an qui ignorat ad eiusmodi purgationem aptus, idoneusq; existat*. Alia verò conditio est. *Deinde ēt ægrotan is humores quā pōt fieri maximè fluxiles esse oportet, hoc est, tenuatos esse, minimèq; lentoris participes*. Deniq; tertiam statuit conditionē. *Apertos deniq; reseratosq; esse conuenit meatus, per quos purgatio fieri debeat, atq; omni obstructione liberatos*. Quæ tres conditiones requiruntur, ad præceptum id Hipp. vbi ait. *Corpora quæcunq; quis purgare volet, fluxa, & lubrica faciat oportet*. Examinat aūt ibidem Gal. primam cōditionē per oppositū, corpora constituendo, purgationi inepta. Quatuor.n. modis talia esse posse depromit. *Nā qui cruditatibus ex multis, aut lentis, aut crasis eduliis abundant, quibus itē flatibus sunt distenta hypochondria, aut urina,* [illegible] *ramodū calida, & ignea; Aut aliqua subiectorū viscerū suspecta inflāmatio, ij profectò oēs sunt ad purgationes inepti*, rationes vero cur hoc obseruandū c.2. statute sunt Hip. ēt abundè hæc corpora posuit primus aliorū cum dixerit. *Cognoscere aūt oportet et eos, qui capite dolent, vel ob exercitationes, vel cursū, vel iter, vel venatū, vel quēuis alium importunū laborē, vel venerea. Decolores itē, raucos, lienosos, exāgues, spirituosos, siue*

D *tussientes, siticulosos, flatuosos, & venarū intereeptiones. Huc adde quibus extenta sunt hypochōdria, tū dorsū, tū latera, torpentes, obscurè videntes, eos, quibus auriū tinnitus est molestur, eos, qui vrinas nō cōtinent, morbo laborantes regio, quorū venter cruda egerit: sanguinē è naribus, vel sede vehemēter profundentes, inflatos, & quos vehemens labor infestat*. At verò, cū nō satis fit asserere ex Hip. oraculo, corpora his symptomatibus læsa, ad expurgationē aluinā inepta reperiri; quia istius rei quoquè causam assignare deuincor: Ideo dicā ex Gal. Commentatione, quòd Hip. decreta ibi *catalogum habent eorum, qui vt medicationē recipiant, idonei non sunt*: Primò itaq; à symptomatibus extremæ partis corporis superioris exordiendo *capite dolentes recēset, vel ob exercitationes, vel alium quēuis importunum laborem; summatim eos intelligens, qui ex intempestiuis laboribus capite dolent, haudquaquam purgandos*, quoniam capitis dolor tunc à spiritu, & sanguine peragitato emergit. Vnde *quæ, vt dictum est, spiritum peragitant, ea purgatione non egent, quòd morbus huiusmodi à cacochymia contractus non sit*. Galenus verò causas omnes connumerat, quibus sanguis, simulque spiritus, ne dum caloris influentis venarum, ac arteriarum, verum etiam caloris partibus insiti, & præsertim cordi implantati, peragitatur, ex quo dolor capitis oritur, his verbis: *summa autem horū est vna quidem, & prima labores varij, & particulares; cursus scilicet, lucta, paneratia,*

4. De vict. rat. in m. ac. t. 21. & 22.
4. Aph. 10.
4. De tuenda sa. c. 3.

Perrarò autē ea materia turget in morbis vehemēter magnis, ergo & perraro ibi purgandum est.
Alia ratio cur cū diligenti præmeditatione & cōsideratione ad facere oporteat. Nā etsi materia turgeat quandoque corpus purgationi ineptum est.
Ergo hic de vtilitate, & iactura purgationis horum succorum turgentiū agendum est: quatenus corpora ad purgationem agendam vel idonea vel inepta sint.

1. Aph. 24.
Ibidem.
De ijs quos purgare oportet 88 H.
Com. 1. aph. 24.
Ibidem.

Vtilitas ac damnum medicamēti ponderantur à Galeno.
Nocumentum medicamēti solutiui in febre.

Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
2. Aph. 9. & Galenus 6. epid. c. 5. cont. 29. & 1. apho. 24. & 7. aph. 66.
2. Aph. 24.
4. De vic. rat. in m. acu. t. 115. in Foes. p. 196.

Vtilitas medicamenti.
Tres conditiones, vt ea vtilitas habeatur.
Prima conditio.
Secunda conditio.
Tertia cōditio.

Prima conditio ne careat corpus [illegible] purgationem inepta.
Corpora ad purgationē inepta quę nam sint ex Gal. & quatuor modis talia esse possint.
Ex Hipp. quę nā sint talia corpora inepta.
Primus locus.
Et secundus locus.
Gal. tamen cōt. 115. ait lienosos purgationi idoneos esse, vt c. 3. istius libri iam notatum est.
Galenus.
Dolores capitis quos homines ad purgationē ineptos reddāt.
Galenus.

Ibidem.
4. De vict. rat. in m. a. t. 115.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

venerea, frictio, æstuatio, frigus, vigilia, ira, mæror, ac timor. Cum in dolore capitis igitur, aliquo modo, ex his modis exorto, morbi magnitudo cacochyma non sit vrgens per se, hinc etiam nec expurgationem cacochymiæ indicans per se est, proindè ibi purgare solutiuo medicamento non licet. Verum etsi talis magnitudo adesset ob cacochymiæ cumulum antea genitum, igneis solutiuis, vt scammonio, seu elleboro, Græcorum æuo vsurpato, nunquam aluum soluere auderem; Quandoquidem tunc sanguis, & spiritus, sua natura actu calidissimus, ac præternaturaliter vlterius excalefactus, & peragitatus, ac igneus factus est. Vnde si exhiberemus igneum purgans, procul omni dubio febrem ardentem, fortassisque mortem inferremus: ergo corpora hæc ad aluinam purgationem validioribus solutiuis moliendam inepta inueniuntur. *Decolores item*, nempè exangues, seu sanguine deficientes decolores nuncupat. *Propriè enim decolores sanguine carentes vocant* Medici, *eosquè, qui propter aliam affectionem corpus non secundum naturam affectum habent: mali coloris appellant*. Verum dubium oritur, quia post raucos, & lienosos ponit *exangues, qui*, vt ait Galenus *sanguinis inopiam habent, etsi non apertè, manifestèque fuerint decolores*: & alibi inquit Hippocrates, *minimè purgandi decolores, raucedinosi, lienosi, sanguine defecti, &c.* ergo decolores, sanguine defecti, seu sanguine carentes nequaquam sunt. Verum enimuero decolores sanguine re vera deficientes, seu carentes sunt, sicuti etiam exangues inueniuntur; attamen ab exanguibus differunt, cum exangues *non apertè, manifestèque decolores sint*: immo aliquantulum rubeo colore tincti, vt sunt hi quibus sanguis multo profluuio exierit. Decolores igitur ipsi purgandi non veniunt, cum ibi naturæ robur minimè adsit; quippè virtutis naturę imbecillitas magna adest, solutiui validi pharmaci exhibitionem inhibēs: Quocirca neque in cachexia, nec hydrope, tali medicamento vti decet, nisi virium robur adfuerit; hinc tales ægros per epicrasim curamus paruis euacuationibus, & multis potius. *Hi ergo decolores calfieri expostulant tum exercitationibus, tum vini facultate calidi potu, & cibis, qui talem obtinent facultatem*, non autem purgatione, seu medicatione *purgari nanque, & medicamento purgante vti, idem significant*. Cæterùm *Raucos deindè subiungit*. *Nempè & horum humiditatem, & frigiditatem ob delapsum ad guttur rheuma sanare conuenit, exsiccatis scilicet topicorum auxiliorum vsu tum capite, tum cæteris, quæ affecta sunt, membris*. Non autem raucis aluina conuenit purgatio; Sed hic maximum vergit dubium: Nam Galenus ad rheumaticos præseruandos, ne in magnum morbum aliquem incidant, reuulsionis gratia, inquit *curationis initium illis à misso oriatur sanguine, ac si excrementa prauam etiam qualitatem habuerint, vnà adhibeatur purgatio*, tametsi *pro his curandis scopus sit non euacuatio, sed corporis totius roboratio*: Nā *ostensum est, infirmam natura partem promptè grauari, &c. si quod propellitur, prauus sit sanguis, siue alius quiuis succus ad propinquam primum veniat partem necesse est*. Ergo ne cacochymia, quæ in toto residet corpore, in cerebrum primò ascendat, subinde *ad adenas excipiendis excrementis idoneos, tum ob substantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minimè robustas habeant naturales virtutes*, descendat, postque ne in pulmonem labatur, qui *fluxioni recipiendæ promptissimus* introspicitur; proindè ipsa cacochymia educenda venit. Pro solutione autem dico, *rheumaticos vocatos affectus prouenire vel toto videlicet corpore infermo, quæ vna est mali habitus species*: à quo toto corpore ita cacochymia obnoxio, rheuma fit: vel toto corpore non ita læso, ab aliqua tamen parte mali succi copia ad cerebrum transmissa, alio modo rheuma gignitur. Si autem à prima constitutione emergat, cacochymiæ purgatio cōuenit: si verò à secunda constitutione oriatur, euacuatio solutiuo igneo medicamento haud competit: maximè cum ibi Hippocrates rheumatices fieri intendat à sanguine calidiori, ac mordaci totius corporis, nullum prauum in corpore habitum pariente, ad cerebrum euaporante, quibus rheumaticis venæ sectione ref... ...geratiua, ac depuratiua, simulque reuulsiua auxiliamur, non autem igneis pharmacis purgantibus, quia isthæc maiorem sanguinis efficerent euaporationē, maioremq; ideo in cerebrum inferrent iacturam; ideo tales raucos ad aluinam purgationem his solutiuis ineptos esse, patenter notum esse reor: *Præterea & lienosos purgatione haudquaquam egere inquit*. Verum hic facta prius distinctione, id intelligendum est: quoniam lienosos nōdum succos melancholicos, seu atrabilares, fluxiles, seu præparatos, in lieneq; collectos habentes, immo crudos, flatuique copioso annexos, purgandi minimè sunt. *Nam qui cruditatibus ex multis, aut lentis, aut crassis edulijs abundant, quibus item flatibus sunt distenta hypochōdria, sunt ad purgationes inepti*. lienosis verò hos succos à natura iam coctos, ab arteque adæquatos, simulque vias apertas, atq; virium robur possidentibus, cacochymiæ eductio congruissima semper inspicitur. Eanq. sanè ob causam Galenus in com. explanat. *Quod non rectè dictum arbitror, cum lienosis, si alijs quibusdam, purganda sint quæ nigra existunt*. Sed, *Post lienosos meminit eorum, qui sanguinis inopiam habent, et si nō apertè, manifestèque fuerint decolores*. Quibus exanguibus, licet etiam morbi magnitudo cacochyma, vel quoad copiam, vel quouis alio modo esset, nihilominus expurgatio nocua foret, ob virium imbecillitatem propter sanguinis defectum obortam: Nam si tunc purgare tentaremus, procul omni dubio *ea, quæ morbo resistunt, & sana sunt* ab igneo solutiuo colliquefierent. *At debili reddito corpore, morbus superior euadit, qui vbi corpus superarit, curationem non admittet*. Cæterùm *Deinde mentionem* Hippocrates *de spiritnosis facit, sicce tussientibus, & siticulosis: obscurè ita locutus, vt non constet, vtrumne singuli horum seorsum intelligendi veniant; an hi tres vnà comprehendendi: neque adhuc in singulis horum seorsum intellectis perspicuus est sermo*. *Nempe spirituosos sæpius eos*

dunca-

Margin notes (left): Galenus. Decolores cur ad purgationē inepti. — Dubium. — Solutio. — Obiectioni occurritur. Galenus. — Galenus. — Galenus. Rauci ad purgationem inepti. — Dubium. — Solutio. Galenus. Rheumatici duobus modis cōtingunt, si primo modo fiant purgandi si vero secundo modo non sunt purgandi. — Galenus. Quæ corpora splenetica ad aluinam purgatio nē inepta sint. Galenus. — Galenus. Exanguia corpora solutiua parmaca nō amplectuntur. — Hippocrates. Galenus. Hippocratis secundus locus de corporibus ad aluinam purgationem ineptis.

Margin notes (right): A — Ibidem. Ibidem. — Ibidem. In 1 pi ad Dem. Regem de cur. purgat. 1171. in Foesio. — B — Ibidem. — Ibidem. Ibidem. — Lib. de curandi rat. per san. miss. c. 8. — C — Ibidem. — 4. De vict. rat. in m. acu. t. 115. — D 1. Aph. 34. — Ibidem. — 4. De vict. rat. in m. ac. t. 22. 4. De vic. rat. in m. a. t. 111.

A *duntaxat vocant, qui cum inspirant aere indigent: interdum autem & inflatos: quorum vterque multas habet causas, quas omnes si percurrero, prolixior, quàm par sit, sermo est futuros.* Ergo quos spirituosos, & qua de causa intelligat Hippocrates ineptos purgationi esse, dilucidare tentabo. Quoad primum, spirituosi, non quidem secundo modo à Galeno statuto, immo prima acceptione, ab Hippocrate assumuntur, tum quia Diuinus Senex penultimo loco *inflatos* posuit à spirituosis distiuctos, tum etiam eo quòd spitiruosos à spirandi difficultate, appellauit, quasi auidè, & crebè spirantes vocando tam spiritum expirantes, quàm inspirantes: Cum anhelitus verò difficultas præsertim in orthopnæa eueniat, vbi summa cruditas adest, ac virium ingens imbecillitas, simulque euidens suffocationis periculum, his ergo de causis nullatenus tunc purgandum venit. Galenus autem ambiguè pergendo, ait *sic & siccè tussientes non affectione vna fiunt, neque sitieulosi. Neque etiam in præsenti certiores fieri possumus, an ne de febrientibus sitieulosis sermo sit, an de non febrientibus siticulosis, an de vtrisque: Quod si vnum horum, quæ in aphorismis recensentur, meminerimus, quod vniuersale est tolleretur: Dictum autem in aphorismis. Si non febrienti inappetentia fuerit, oris ventriculi morsus, tenebricosa vertigo, & oris amaror, id per superiora purgatione indigere significat; si autem os amaricat, siticulosi sunt.* Tussis autem cum *nihil sit aliud, quam vehementissima quædam efflatio,* pulmonis se ipsum B ab excrementis expurgare tentantis, *quo plurimus simul, celeriterque foras actus spiritus, attrahat, propellatque suo impetu quæ vias suas obstruunt: eumque primo aggressu pellere quod ostendit non valet, bis, terque, se inycere in id non grauatur,* tametsi interdum etiam. *Tussis propter faucium exulcerationem* fit, nempè ob arteriæ asperæ exulcerationem, quoniam *humores, qui in arterijs contumaciter hærent, & qui difficulter tussi reyciuntur,* tussim siccam vtique pariunt, vndè *magis expediunt sternutationes, vt potè in quibus maior etiam est spiritus impetus, quam in tussi.* Porrò tussis sicca etiam fit, quoties in pulmone, seu in pectore inhærescunt humores crassi, & glutiuosi, ac ità crudi, vt nihil eorum tussi excernatur; Tussis enim talis vis in pectore, ac pulmone est, qualis actio expultricis facultatis in ventriculo. Quæ sanè *bifariam accidere potest, vt vehementer tussiendo pauca* seu nihil *quis expuat; alij enim ob tenuem videntur; siquidem tenuis humor quum subleuatus est, inter tussiendum à spiritu diuisus refluit. Lentus verò, aut omninò crassus difficulter effertur; nisi enim spiritus, qui tussiendo effertur & multus, & vehemens fuerit, nihil secum educet.* Hinc sicca tussis progignitur. Si ergo primo ordine tussis sicca accideret, ob salsam pituitam glutinosam, & crassam, asperam arteriam vlcerantem à capite calido genitam, postea in trachæam delabentem, concurrente etiam toto corpore calidiori sanguine acri, & mordaci referto, nunquam his igneis purgantibus ægros curare audeC rem. Nec pariter siccè tussientibus ob crudos, glutinosos, & crassos succos pulmoni, & pectori tenaciter adhærentes, talia pharmaca præbenda veniunt. Nam etsi ratione reuulsionis materiæ adhuc fluentis, simulque fluxuræ à toto ipso corpore in caput, agendæ, euacuatio antispastica aluina competeret, nihilominus inditium est, vt vbi quales succi crudi pulmoni, ac thoraci insunt, etiam in secunda cruditatum regione, vel saltem in prima tales humores crudi adsint, qui neutiquam purgante valido pharmaco igneo sanè tentandi sunt, verùm solùm adæquandi. Siticulosi verò, eo quod non nisi à causa calida, & sicca sibi intrinseca sitiunt, ideo igneis his solutiuis pharmacis nullo modo purgandi sunt, etiamsi his magnitudo morbi cacochyma vrgens sua natura, ideo etiam cacochymiæ eductionem necessariò indicans, adesset: quia tunc solum lacte asinino cocto, sali, melliuè comixto purgare consueuit Hippocrates, vt loco opportuniori recensebo. Sed Galenus, quosnam *flatuosos* Hippocrates intelligat, explanando, dubiè conscribit. *Pari modo, & quinam flatuosi ab ipso dicantur, haud scio, an videlicet eum venarum interceptione flatuosi affecti intelligendi sint, cum adsint nonnulli, qui per se legant. Atque adeo singula dictionis huius possem transmutare, &c.* Ego verò censeo Hippocratem flatuosos homines intellexisse, non quidem eos, qui venarum interceptione laborant; verùm per flatuosos D intellexit multas habentes cruditates, quæ causæ sunt ægritudinum immediatæ, à quibus flatus plurimus oritur: qui vtique causa morbi non est, sed *vel adiuuantis, vel consequentis causæ* ipsum flatum *rationem habere* statuit idem Hippocrates. Quos autem flatuosos ità his cruditatibus obnoxios ad purgationẽ ineptos intelligat, alibi, vt arbitror, sic explanat. *Quæ verò flatus, eorumq; conuulsiones in corpore efficiunt, ea in cauitatibus, ac laxioribus spatijs, veluti ventre, & thorace, strepitum, ac sonitum excitare æquum est. Cum enim non sic impleant vt consistant, sed mutationes, & motiones habeant, ab ipsis strepitum, & euidentes motiones fieri necesse est. Quæ verò tum carnosa, tum mollia, in ijs stupores, & repletiones quales iugulatis fiunt.* De his autem, qui venarum interceptionibus læduntur, ita inquit Diuinus Senex. *Quod autem qui repentè obmutescunt, id uenarum interceptiones, occlusionesque faciunt, si sano, absque occasione* manifesta, *vel forti alia causa id contigerit:* Cum autem morbi omnes ex venarum interceptione, seu occlusione nati, morbi quidem perperacuti, vehementerque magni, magnitudine tantùm sanguinea sint, atque sola brachij dextri venæ sectione ampla curentur; vt morbi inflammatorij vniuersales: ergo talibus ægris nunquam ignea pharmaca cathartica exhibenda sunt. Pergit autem Galenus. *Quibus extenta sunt tum hypochondria, tum dorsum, tum latera, torpentes, obscure videntes, eos, quibus aurium*

Lib. prænot. 52. & de nat. hom. 174. & de locis in hom. 410. ex Foesio.
4. De vict. rat. in m. a. l. 115.
4. Aph. 17.
Lib. 1. de symp. caus. c. 4.
5. Meth. med. c. 8.
Lib. 4. c. de Tussi.
Lib. 1. de symp. caus. c. 4.
2. De symp. caus. c. 5.
4. De loc. affect. c. vlt.
4. De vict. rat. in m. acut. 115.
Lib. de flat. in fine.
Lib. de prisca med. p. 26.
4. De vict. rat. in m. a. t. 21.
4. De vict. rat. in m. ac. t. 115.

Spirituosi nempe asthmatici existè purgandi minime sunt.
Siccè tussientes non sunt purgandi.
Tussis quid sit. Galenus.
Celsus.
Galenus. Tussis sicca.
Galenus. Galenus.
Sicca tussis cui purgatio nõ conuenit solutiuis medicamentis molienda.
Quæ sicca tussis duplex est.
Siticulosi igneis solutiuis purgãdi non sunt.
Flatuosi solutiuis pharmacis purgandi non sunt.
An flatuosi cũ venarum interceptione affecti sint flatuosi nõ purgandi qui tã sint ex Hip.
Nam duplex flatuosus intelligendus; ex cruditate videlicet & sur venarũ interceptione affectus; ac vterque flatuosus neutiquã solutiuis validioribus pharmacis aluinæ eductione est purgandus.
Multa ab Hip. posita, à Gal. nõ explanata sunt declaranda.

Cur quibus extenta sunt hypochondria tum dorsum, tum latera, torquêtes & obscure videntes, non purganda cō cōpetat validiori solutiuo pharmaco secta ratione statuatur.

tinnitus est molestus, & vrinas non continent; Nempe in singulis his pathematis & causa, & affectiones sunt multa, varijsque egentes curationibus: Quarum profectò nonnullæ eam, quæ per bilis eductorum medicamentum fiat, purgationem expostulabunt. Cum itaque Galenus illhæc particulariter non dilucidet, igitur hæc omnia, breuiori sermone quo potero, declarate conabor. Flatuosas itaque, & summas respiciens cruditates, quæ à prima, & secunda cruditatum regione, ad partem anteriorem, posteriorem & ad latera, atq; superiorem partem, in carnem ratam, mollem, laxamq; fluere valent, ait. *extenta sunt tum hypochondria,* quæ *turgida, & inflata* à Gal. vocantur, *tum dorsum, tum latera,* ac eadē de causa *torpentes*, nempè stupidos, ac interdum eadem ratione conuulsos *obscurè videntes* inepta quidem corpora ad purgationem sunt: eo quia prius præparatio ibi adesse debet, tam humorum peccantium, quā viæ, nec non simul viriū totius corporis robur; alioquin ea nocumenta euenirent, in prima differentia recensita. Insuper eodem modo. *Quibus auri inmitinnitus est molestus, & qui vrinas non continent, morbo laborantes regio, & quorū venter cruda egerit,* talia pharmaca incongrua esse patet. Parimodo, qui calidiore, copiosioreque sanguine ad nates, seu ad hæmorrhoidas celeriter fluente laborant, *sanguinemque è naribus, vel sede vehementer profundentes* purgationi inepti conspiciuntur, tum cum magnum symptoma sanguineum sit, tum quia sanguis eo magis igneus euadetet, tum etiam hinc, quia symptoma augesceret. Prætetea *inflatos,* per inflatos enim ibi de sanguine copioso, & calidiori loquitur, qui non è corpore egreditur, immo totum corpus inflat, vt lassitudini phlegmonosæ contingit, vt alibi, ex alio Hippocratis loco declaratum est. *Et quos vehemens labor deambulationis, seu alterius defatigationis, exercitationis, seu animi passionum infestat. Nulli etenim horum, nisi superuicerint* talia symptomata *medicamentum exhibebis.* Rationemque reddit. *Nam periculo ægrum expones, nihilque iuuabis, spontaneasque permutationes, tum indicationes adimes.* Deinde ait. *Si verò venter adstrictus tibi videatur, mollem huic adhibe clysterem.* Postea verò ea corpora narrata ad aluinam purgationem inepta esse constituit, non autem ad euacuationem vomitibus faciendam. *Quod si medicamento opus sit, elleboro tutò sursum expurga, Deorsum verò talium neminem.* Vbi etiam totum corpus turgescit phlegmonosa lassitudine, vt antea capite quarto iam diximus, ibi non dandum pharmacum ait. Neque vbi particulares morborum inflammationes fuerint, nisi in fine. Alio verò in loco idem ait. *In medicamentorum autem potionibus vitandi sunt qui corpore probè valent, præcipuè verò nigri, & humida carne præditi, subsicci, balbi, & blæsi: Veratrum verò exhibendum, quibus de capite fluxio fertur. At suppuratis minimè dandum. Medicamento item minimè purgandi decolores, raucedinosi, lienosi, sanguine defecti, suspiriosi, & sicca tussi vexati, siticulosi, flatulenti, quique præcordia distenta habent, & latera, & dorsum, qui stupore affecti habetiùs cernunt, quibus aures sonant, quique vrinam minime continent, neque qui morbo regio laborant* omnino cruda existente materia, *& aluo sunt debili, quibus sanguis erumpit, aut qui tubercula habent, quòd si medicamento purgandum videatur, veratro per superiora secure purgato, at per inferiora minime.* Quod vtique notatu dignum est: Hæc enim corpora ad aluinam purgationem inepta, vt etiam antea dictum est ad vomitiones tamen procliuia; vomitibus tuto purganda sunt. *Neque purgandi, qui nigra vomitione refundunt, cibos auersantur, delirant, quique dolore vexati parum dormiunt, qui aspectum ferocem obliquè deflexum habent, subtumidi sint, tenebricosa vertigine vexantur, decolores, neque qui in febre æstuant, & confracti sint. Sesamoides vero (vt dixi libro de ptisana) per superiora purgabis.* Quæ omnia alibi quoque conumerauit, sic. *Qui nigra vomitione refundunt, cibos auersantur, desipiunt, ad pubem non nihil dolent, cum aspectu feroci, & clausis oculis, eos medicamentis purgare tutum non est: Neque vero subtumidos, aut tenebricosa vertigine vexatos, aut eos, qui vel leuiter moti animo deficiunt, aut cibos auersantur, & decolores sunt, vt nec eos, qui in febre exoluti, aut fracti decumbunt; si sopore tenentur purgatione aggredi tutum est.* Pro quorum explanatione, perpende, Hippocratem in fine soporem constituisse, vt exemplum, in quo secure pharmacis solutiuis igneis, & validioribus vti valemus: Quoties igitur alia symptomata sex has conditiones, à sopore habitas, possideant, ampla aluina eductione purgare corpora poteris, nempe quòd febris minime adest; Præterea quòd corporis totius vires validæ adsint in suo robore. Vlterius quòd viæ, per quam eductio fieri expedit, præparatio conspiciatur. Insuper succi purgandi fluxiles adesse debent. Porrò dum humores motu determinato peccantes habeantur, ad membrum præstantissimum superioris partis corporis humani fluentes, ac morbi magnitudinem cacochymam illius membri gignentes, vnde ibidem reuulsiua antispastica eductio aluina molienda ab ea magnitudine morbi necessariò indicatur. Denique magnitudo morbi cacochyma recensita, vt strenuam, per aluum, euacuationem peragendam fore, sua natura, iudicet, à frigida, ac humida simul cacochymia promanare debet; vt sopor magnus sine febre ortus introspicitur. Proinde ait *si sopore tenentur purgatione aggredi tutum est*: Quoniam igitur nulli aliorum symptomatum ab Hippoc. allatorum, hæ sex conditiones insunt; idcirco iubet *eos medicamentis purgare tutum non est*, de medicamentis igneis, ac vehementioribus asseuerando: Pluribus

nanque

Vbi extremæ cruditates causa sunt tinnitus, & vrinæ incontinētia & ictericia, non est purgandum.

Inflationes habentes non purgandi.

Herodotus lib. Gal. ascripto in introduct. c. 16. in quit, inflationē totius corporis affectum esse.

Gal. com. 5. aph. 65. ait oēs præter naturam tumores Hip. ædemata l. inflationes nominat, sub quibus & inflāmationes continentur.

Ex Hipp. tacto ræ, quæ ægris eueniunt à purgante medicamento, vbi hæc inepta corpora purgationi adsūt, ea corpora hęc ad aluinam inepta, à vomitu purgantur.

Tertius Hipp. locus.

Quartus locus.

Quintus locus includens primum, & secundum.

Sextus Hippoc. locus.

Vt corpora purgari possint sex conditiones requiruntur.

Sopores habentes valde purgandi sunt, quia tuto hi purgari possunt.

A

Gal. 13 meth. med. c. 7. & Pau. Aegin. l. 1. c. 37.

4. De tuen. san. c. 4.

4. De vict. rat. in morb. acut. tex. 115.

Ibidem.

Ibidem.

B

Lib. de loc. in homi. 413. Cap. 4.

Alibi 4. de vic. rat. in m. acut. t. 115.

Ibidem.

De locis in hom. 413.

4. De vic. rat. in m. ac. t. 21. & in epist. de verat. purg.

Io epi. ad Dem. Reg. de verat. purg. p. 1171. ex Foesio.

C

Ibidem.

Lib. prædictorum 71. p. 30 in Foesio interprete.

D

A nanque ijs symptomatibus subpurgationes blandæ lenientibus agendæ, ægrorum emolumento, congruę sunt. Verum oraculi Hippocratis symptomarum dilucidationem ingrediar, ait enim *Neque purgandi qui nigra vomitione refundunt*. Nigra autem excrementa, vel melancholica, vel atrabilaria, aut succi nigri sunt, vt alibi fusè dicam: Quælibet autem horum per vomitionem suum exitum properent, ceu per partem competentem, nunquam motus ille naturæ rectè operantis deorsum retorquendus est: Postea inquit *velleuiter moti animo deficiunt, aut cibos aduersantur*. Virium enim robore ambo deficiunt, seu alimenti retinendi penuria: siue animosæ simulq; vitalis facultatis cordis defectu: ideo hi purgandi nequaquam veniunt. *Delirant seu desipiunt* cum febre vehementi, aut à sanguine calidiori, aut à materia summè cruda, viribusque admodum imbecillibus, hi plenè quidem purgandi non sunt. Melancholici tamen, & capite offensi, necessariò validas, & largas aluinas eductiones quærunt, vt capite sequenti ostendam. *Quique dolore vexati parum dormiunt, seu ad pubem non nihil dolent*. hi, cum ob vigilias, vires valdè imbecillas contineant, amplas alui purgationes ferre nequeunt. *Qui aspectum ferocem, & obliquè deflexum habent, seu clausis oculis, &c.* Quoniam tales à calidiori copiosioríque fiunt sanguine, morbi magnitudinem sanguineam excitanti, proinde venæ sectio indicatur agenda, non autem alui purgatio. *Subtumidi sunt*. Illi autem toto

B corpore turgescunt, ac inflati sunt, à sanguine copioso, & calidiori, vt in phlegmonosa lassitudine intuemur; quæ venæ sectione ad lipothymiam vsque administrata curatur. Subinde vero posteritati tradit Hippocrates *tenebriosa vertigine vexantur, decolores, & qui febre æstuant, seu febre exoluti* de quibus iam veritatem explanauimus, *aut qui fracti decumbunt* neque his, qui febre confracti sunt, nimirum maximo, ob febrilem calorem flagrantem, laborant sensu musculorum lassitudinis, pharmaca validiora conducunt: Vel dicatur per fractos (quod satius est) Hippocratem intelligere, vbi aliqua pars osse fracta fuerit, maximo flagrans incendio febrili inflammatorio annexa, cui venæ sectio conuenit absque syndrome pletotica: sicuti fracturis sine febre purgatio competit vt capite septimo videbis: tamen fractis ijs febricitantibus, vomitionum purgationes congruæ sunt, reuulsionis gratia: ideo ait *sesamoides vero (vt dixi libro de ptisana) per superiora purgabis*, cum idem libro quarto de victus ratione in morbis acutis tex. 115. & 117. statuerit, quem librum de ptisana appellauit Hippocrates: Cæterum sicuti corpora ægra ad aluinam purgationem inepta constituit, ita etiam corpora sana inepta recenset. *In medicamentorum autem potionibus vitandi sunt, qui corpore probè valent, præcipuè vero nigri, & humida carne præditi*. Qui nanque sanitate fruuntur, à medicamento igneo valde læduntur, vt ex ea

C historia illius mulieris sanæ, & obesæ, quæ conceptus causa, solutiuo medicamento ferè obijt, ut capite secundo istius libri dictum est. *Præcipuè vero nigri* cum hi calidæ, & siccæ complexionis, ac adustæ sint, hinc ignea cathartica non ferunt, sed aquea medicamenta alterantia simulque uenæ sectionem rectè complectuntur, & *humida carne præditi* sani, purgandi nequaquam ueniunt: Quandoquidem humidam, raram, ac laxam, & mollem habentia carnem corpora, facilè caloris innati substantiam euaporabilem, ac spirituosam, per totius corporis halitum, effluentem, emittunt, ut antea uidisti: Vnde ex quo talia corpora, ut non ualidia, amplas alui purgationes non admittunt, *& subsicci* sani: quia sicca corpora, inter intemperata, pessima sunt; cum siccitas ceu lima, ac instrumentum mortis, ut iam dixi, se habeat; Ea propter corpora talia humidis pharmacis corrigenda sunt: non autem igneis, solutiuis siccanda. *Balbi, & blæsi*, qui ab unica causa emanant ut Galenus fatetur, & qui sanitate gaudent. Hi autem purgandi non sunt. Quoniam *balbi ab alui profluuio maximè capiuntur* causa autem est, *quia molliorem atque humidiorem habent temperamentum, quam ob causam, & pueri balbuciunt &c. Quare, & ebrij aliquando balbuciunt partim quia multa*

D *humiditate perfunditur cerebrum &c. Continget igitur ijs, qui sunt balbi natura, vt vel cerebrum humidum habeant, vel linguam, vel vtrunque. Et à cerebro quidem talem temperaturam sortito, defluere multas humiditates par est, superfluitates, easque inde fluentes in ventrem suscipi, longisque ideo profluuijs hominem* balbum, & blęsum *capi*. Denique uero habet *veratrum vero exhibendum quibus de capite fluxio fertur. At supuratis minime dandum.* Fluxio à capite descendens, in eo ut primo à toto corpore ad caput succi ascendant, ac in motu, & fluxiles, & fluentes sint, ac deinde fiat ipsa fluxio, purgatione aluina antispastica reuulsiua adimenda est: At uero in capite iam succi fluxi, collecti, ac in pus perfectum supuratione conuersi, tunc solum parte supurata secta, pus egredi ualet, non autem purgatione. Verum aduerte Hippocratem dixisse 4. lib. de uic. rat. in morb. acu. eius legitimum fuisse, dum ipse ait *Sesamoides vero, vt dixi libro de ptisana, per superiora purgabis*, licet à Gal. dubitetur, ne liber is Hip. sit: At vero insuper in febre ardenti malimoris vbi extrema algent, ac interiora vruntur, & ægri sitiunt, asperaq; lingua est, cum ibi viscerum inflammatio adsit. Proinde Hippocrates iubet *huic medicamentum purgans minime exhibeto*. Insupet alia corpora ponit, quibus aquā mulsam cremorenq; ptisanę, ac enęmata adhibere decet, non tamen solutiua pharmaca, cum ibi cruditates copiosæ reperiantur. Deniq; Hippocratem

Lib. 2. de eruditionibus rectè curandis.

4. De vict. ratio in mor. ac. cont. 29.

In epist. de vera uti purgatione.

5. Epidemium ægta 40.

6. Meth c. 10. & 6. de san. tu. c. 3.

3. Aph. 3. & 4. metho. c. 2. & 7. Meth. c. 6.

4. De locis affectis c. 6.

In epistto. de verat. purgatione.

Hip. 7. aph. 72. & Gal. 4. de vic. rat. in mot. acu. cont. 6.

4. De vict. rat. in m. a. c. 42. & 44.

Cur nigra vomētes non sint purgandi

Cur qui facilè moti animo deficiunt, & qui cibos non retinēt nō sint purgandi

Quibus desipiētibus purgatio tuta non sit.

Vigilantes ob dolores amplè purgandi non sunt.

Cur aspectū ferocem & obliquū se habentes nō sunt purgandi.

Subtumidi non sunt purgandi.

Vertiginosi. & felicitantes nō sunt igneis solutiuis purgandi.

Quibus fractis purgatio aluina igneis solutiuis mollēda nō cōueniat sed tātum vomitoria eductio cōpetat

Corpora ad aluinā purgationē inepta, quæ sana sunt.

Cur corpora exāctè sana minime purganda, sint igneis solutiuis.

Præcipuè corpora nigra ita non sunt purganda.

Nec etiam humidam carnem habentia.

Nec subsicca corpora.

Cur balbi & blęsi non sint purgandi.

Hippoc. 6. aph. 32.

Galenus in cōmento.

4. De vic. rat. in m. a. cont 5.

Septimus Hippocratis.

Octauus Hipp. locus.

Galeni locus secundus duabus conditionibus idē constituens.

inuenio in febre mali moris cum alui fluore coliquatiuo, purgationes damnasse, conscribens. A *Purgationes multos offendebant, quorum qui sic habebant, cito multi peribebant, multis malum producebatur*. Sed Gal. alibi duas alias corporis ad aluinas purgationes inepti conditiones recenset, hoc est oris ventriculi imbecillitatem, à cardialgia præcessa, & etiam terminata, obortam: quocirca prius quam purgare nitamur, os ventriculi fomētationibus roborare deuincimur. Vlterius quoties alui fluor symptomaticus ortus sit non à Natura vincente, immo à natura irritata, vel à febris incendio, aut ab humorum prauitate, seu acrimonia, siue putredine, in febris cacoethis vniuersali incremento, materia valdè cruda præsente, nihil purgandum est, etsi fluor imminutus esset, *& quamuis non sit pro multitudinis* succorum peccantium *ratione: Verum hæc sola* eductio *sufficit. Multos itaque vidi sæpius, qui ita affecti erant, quosdam interiisse, nonnullos ad extremum periculum fuisse perductos, cum Medici eos euacuare tentassent, antequam os ventriculi corroborassent. Sed neque si fuerit febris cum profluuio ventris, alia est opus euacuatione*. Quod ex Hippocratis loco postremo citato Galenus inuenit. Neque obijcere poteris inquiens Hippocrates ait. B *Quo natura vergit, eo educere oportet, per viam competentem*. Nam Autor de Natura vincente, in morbi declinatione ibi intelligit. Galenus vero de natura irritata verba facit: in febris augmento, & de motu symptomatico; non autem critico, vt Hippo. intelligit. Causæ autem cur fluēte aluo hoc modo, purgare non oporter, iam cap. 2. huius libri statutæ sunt. Quia hæ iacturæ ibidem connumeratæ sequerentur. Cæterum tandem in quodam loco hæc inspiciuntur, ad idem afficuerandum, *Nimis vero pingues, nimisque graciles ad purgandum incongrui, multo abundantes sanguine, & frequenter deficientes sanguine, & vix curabiles, & cito vomentes pro qualibet occasione, & pueri & senes, & mulieres fortiter menstruosæ, & purum valde corpus habentes; & qui benè cauerint in diæta, & quibus valde restringitur venter secundum naturam; Sed & etiam in dysenteria; & qui leuiter apprehenduntur celiaca passione*, de solutiuis omnino igneis, ac validioribus loquendo. Cæterum quoniam locus hic postremus (vt à Gadaldino adnotatur) *ex Aetio desumptus, erroribus tamen scatens*, proinde modos, quibus verum sit, vbi hæc sunt; Carthartica præbenda non fore; ac istius rei causas dilucidare tentabo. Quandoquidem *Nimis pingues* purgante validiori, & igneo, expurgandi neutiquam sunt. Pinguia vero corpora, & obesa corpora, idem esse asserere valeo: Obesi autem cum pingues sint, à gracilibus, non vt à gracilibus quidem contradistinguuntur, immo vt C à macris seu siccis: Nam graciles reuera, & carne pleni contrarij sunt. Galeni sententia: sed carne pleni, humidi natura, ac molles, non pingues esse possunt, in eo quod pinguedo carni ferè prædominetur, vt pinguibus euenit, carnosi ergo viri, non pingues esse valent; Isti vero plethorici sūt, plurimo sanguine decorati, rubeo colore, venisque latis præditi: Obesi vero non modo humidi, ac molles natura, verum etiam albo colore sunt: venisque angustis, & potius cacochymi pituitosi, frigido, ac humido temperamento comprehenduntur: & quo obesiores sunt, eo etiam pituitosiores, albiores, frigidiorique, & simul humidiori temperamento semper erunt: Quatuor ergo rationibus obesa valde corpora, seu nimis pinguia expurganda nequaquam sunt; Primo quia talia corpora semper pituitæ crudæ copia insigni plena reperiuntur, secundo eo, quòd talia corpora partim etiam densa inueniuntur, ac viæ, per quas, succi praui, solutiui pharmaci ope, educendi essent, ita occlusæ, ac densæ à cruditatibus in ijs corporibus reperirentur, vt per eas expurgari non possent illi humores; Quare potius hi ad viscera principalia, hominis patientis maxima iactura, accederent, quam eductioni satisfacerent: Tertio à medicamento igneo vrente, & colliquante, pinguedo colliquefieret, & sanguis simul pariter cōrabesieret; ex quo bilis oriretur; quæ facile à re dulci, & pingui à calore deurente combusta, emergit; qua bile vitelina oborta, multa sæuia accidentia consequi valent; vt illi Mulieri obesæ sanæ contigit, quæ prolis gratia, D pharmacum accepit. Quarto vbi parua sanguinis multitudo adest, ibi etiam vires validæ absūt; ideo his obesis corporibus dato validiori pharmaco, mirum non est, si in lipothymiam, & in syncopem corpora hæc incidant; vt illi Mulieri euenit; quę *quinquies emortua est, vixit tamen*. Deinde vero ait, *nimisque graciles ad purgandum incongrui*; cur autem hi purgandi non sint: quia antea iam declarauimus de subsiccis, alloquendo, Nam vt ait Gal. *gratiliorem esse naturæ sicciori*s patet. Ideo eorum hic non meminero. Postea autem inquit *multo abundantes sanguine*, cum talia expurganda sint, qualia peccant: Verum vbi sanguis capia peccat, ibi vena secanda venit, nō autem cacochymiæ eductio conueniens est. Subinde vero habet *& frequenter deficientes* vel sanguine, vel spiritibus; Quoniam hi viribus quoque validis deficiunt; idcirco hos purgare non licet. Postmodum vero exarat *& vix curabiles*, vix enim curabiles intelligendi sunt, meo quidē iuditio, illi, qui ita viribus totius corporis imbecillibus cōspiciuntur: vt nō nisi leuiora lenientia his exhibere valemus, non autem validiora purgantia. Cuius rei, cum meminerit Hippo. ait. *Sed in validioribus natura validioribus medicamentis vtendum; debilibus vero non valentia medicamenta danda: Neque medicamentum transmutandum est, sed singulis secundum suam naturam exhibendū: ita in debilibus quidem, debilia natura medicamenta danda*. Cæterum exinde scribit, *& cito vomentes, pro qualibet occasione*. His nanque medicamenta carthartica dare minime debemus; cum nihil per aluum purgare talia pharmaca nequeant, vnde frustratoria essent. Adde quoque, quòd ci

Obiectio.
Solutio.
In quo alui fluore sint b andæ purgādum & in quo nihil purgandum.
Locus Galeni spurius de hac re idē affirmās.

Pingues nimis vehementi solutiuo non sunt purgandi.
Pingues qui nā sint.

Quatuor rationibus corpora nimis pinguia valdè non sunt purganda.

Nimis graciles ad purgationes inepti.

Sāguinei Igneis solutiuis nō sūt purgandi.
Sanguine deficientes purgandi non sunt.

Imbecilles purganai minime sunt.

Ad vomitū procliues non sunt purgandi.

3 Epid. sect. 3 t. 56. 57. 58.
1. Ad Glauc. c. 14.
Ibidem.

Ibidem.

2. Aph. 21.

De dynamidijs fol. 20. F.

In exordio librī 2 de dynamidij fol. 19.

In lib. Hipp. de articulis cum 3. contextu 26. f. 256. E.

Gal. 3. de loc. affectis c. 7.

Vt dictum est li. 2. de magnitu. morbi sang.

5. Epid. ægro 45.

Ibidem.

De articulis com. 3. contex. 36. f. 256 E. Hipp. 1. aph. 25. & lib. de humo. p. 60. in Foesi interpre.

De loc in hom. ne 420. in Foes.

to vo-

A to vomentibus, hæc solutiua ore assumpta, admodum ventriculum facultate retentrici labefactatum, imbecilliorem efficerent, proinde ijs purgantia allata non sunt exhibenda. At verò nec *pueri* his pharmacis expurgandi veniunt, tum quia hi propè genituram se habent, ac non dum in suo robore naturali firmati sunt; tum eo, quòd pueri caloris innati substantiam valde halituosam, euaporabilemque, continent: Quocirca talibus medicamentis, à virium robore haud permissis, adhibitis, aut pueri obirent, aut in syncopem, seu lipopsichiam inciderent: sanguinemque excernere possent: vel saltem ita eneruati manerent, quòd suo vitæ decursu toto, ipsa iactura, nõ essent in suo naturali virium robore. *Senex* vero nec etiam vehementer purgandi veniunt, cum in plerisque ij virium robore, validas alui expurgationes permittente, deficiant. Nec pariter *mulieres fortiter menstruosæ, & purum valde corpus habentes*, his cathartieis, vacuandæ sunt; cũ à muliebribus expurgationibus, adeo totum corpus æquè tum à plethoria, tum à cacochymia mulieres purificentur, vt non modo cacochymię nulla eductione, verum nec etiam plethoriæ vlla detractione corpus tale egeat. Sed illico pergendo conscribit, *& qui bene cauerint in diæta* minime strenuè purgandi, etiam si morbi magnitudine cacochyma corriperentur, cum ibi nec prauitate, neque copia cacochymia valde peccare valeat, quoniam hi à quocunque errore *bene cauerint in diæta*: circa omnes sex res non naturales. Verum statim subiungit, *& quibus valde restringitur venter secundum naturam* ampla aluina vacuatio non competit, quia *maximæ mutationes eorum, quæ circa naturam nostram, habitumq; contingunt, maximè morbos comittunt*, vt iam alijs rationibus dictum etiam est *omne si quidem nimirum naturæ inimicum*. *Paulatim vero quod sit tutum, &c. facienda est mutatio*, ergo non maxima mutatione, ab aluo natura stricto, ad ingentem alui euacuationem progredi debemus; quippe tantum paulatim assuetudines, malæ remouendæ sunt. Cum hæ iam in naturam acquisitam transmigratæ sint. Cum *à præstantissimis medicis aduentitia natura consuetudo fuerit vocata*. Deinde autem posteritati tradit, *sed & etiam in dysenteria* pharmaca valida acriora, mordacioraque, & Ignea, nullatenus danda sunt; qualia scamoneon, & elleborus, tapsia, & cnidij granum, ticina, seu cheru a appellatum, sunt, quibus Hippocrates vti consueuit, Quandoquidem isthæc non solum dysenteriam, hoc est, intestinorum disiunctionem, siue mucosam, seu peliculatem vel vtranque augebunt, at vero etiam intestina vlcerando, tertiam dysenterię speciem generabunt; Vltra quòd etiam sanguinem biliosum efficiendo, etiam causam dysenteriæ longè efficatiorem reddere poterunt. Sed *& qui leuiter apprehenduntur Celiaca passione*, his purgantibus, expurgandi non sunt; cum ibi chylo, & consequenter etiam sanguine alimentali

C deficiant ægri; quare tunc dignitas virium magis vrget, quam morbi magnitudo cacochyma per se cacochymiæ eductionem indicans, etiam si cacochymia turgeret, per aluumque eius exitũ quæreret. His autem sic iactis fundamentis, manifestum est, talia solutiua in febre magna, seu in alio morbo acuto, & magno incõgrua esse; quia tunc, si medicamento purgante igneo, in febre, aut aliquo alio morbo magno, & acuto vteremur, procul omni dubio à medicamento eo exhibito, certum damnum consequeremur, nullamque vtilitatem; ergo iure meritò dixit Hippocrates: *Idque diligenti cum præmeditatione, & consideratione accurata facere oportet*, vt inquit etiam Gal. in com. *Nam sine diligentem præmeditationem, siue ægrotantis præparationem. siue recti, quoad eius fieri potest indulij expectationem, siue ex ijs aliqua, siue etiam omnia intelligat suam certè religionem, & cautionem in talibus purgationibus apertè indicat*. Verùm dubitationis locus cadit, cum videatur ad purgationes corpora hæc inepta talis purgationis impedimenta adesse non posse, vbi præsentes humores turgentes, errabundi, tenues adsunt, motu agitatione, latione, & fluxu peccantes, ibi enim nec infixi, nec immobiles sunt, ibique neque tumor inflammatorius, neque præcordia tensa, ac inflata, aut alia similia adesse possunt, talem purgationem prohibẽtia. Verum enim verò vtrunque cum in corpore humano simul, loco tamen diuerso adesse valeant, nempe, & corpus ad purgationes ineptum, & succi turgentes morbi magnitudinem cacochymam imminentem gignentes vt ex his Galeni verbis colligere potuetis. *Quare non sine ratione dixit* Hippoc. in

D *morbis acutis, & raro, & per initia vsum fore purgatorij medicamenti partim quia initio nocentes humores sæpe non concitantur: partim etsi id fiat* nempe tametsi turgeant, *æger tamen ad purgationem ineptus habetur*. Quocirca tunc licèt humores pręparati essent, non tamen ægrotantis corpus præparatum erit: Hinc tres præparationes statuit Galenus antea allatas, ad medicamenti purgãtis vtilitatem omnimodam consequendam; hoc est corporis ægroti, & humoris, & viæ præparatio, vt *citra molestiam, & totus humor nociuus, & infestus vacuetur*, cum istæ tres præparationes ita vicissim distinctæ sint, vt vna sine alia adesse valeat: sed humoris præparatio turgentis cum habeatur, si aliquid desit, vt ad aluum inclinent fiat circa ea præparatio aquę mulsæ vnius diei, priùs ab Hip. statuta, postea à Gal. & ab Oribasio commemorata, vt etiam aliquo valido laxante extrinseco ventrem laxando, vias aperire valebimus eodem tempore aquæ mulsæ datæ. Cæterùm perpendo, vt ante cap. 2. iam obiter dixi, quòd nocumenta medicamentorum solutiuorum esse per se tantùm, vt ignea medicamenta talia sint: quæ calfaciunt, exsiccant, inflãmant, colliquant, ac denique deurunt. Cæteræ verò iacturę fiunt ratione impræparationis, aut corporum, aut humorum, aut viæ; quę nocumenta iam statuta fuerunt cap. 2. istius libri. Isthæc autem nocumenta, non

Margin notes (left):

31. Meth. c. 14. 1. Aph. 14. vide l. 1. de medicinę certitu.

Gal. 2. de vic. ra. in m. acu. 31. Lib. 1. istius operis c. 6.

2. Aph. 51.

Ibidẽ & 2. aph. 50.

Gal. com. 3. in Hip. lib. quæ in Medic. officina cont. 30.

1. Aph. 24.

Com. 1. aph. 22. & 4. aph. 10. & 8. de comp. med. 5. lib. c. 3. & de ijs quos purgare oportet 88. H.

Com. 1. Aph. 24. in fine.

Com. 1. aph. 24.

2. De mor. 466. Com. 1. aph. 24. De ijs quos purgare oportet in lib. Gal. 88. H.

Margin notes (right):

Nec pueri his solutiuis purgandi sunt.

Nec senes valdè purgandi sunt. Nec Mulieres valde menstruosæ; nec exactè purum corpus habentes purgãdæ.

Diæta vtentes non sunt purgãdi strenuè sed tãtum leniter lenientibus, si magnitudo cacochyma adesset. Stiptici naturaliter vehementer non sunt purgandi.

Dysenterici valde non sunt purgandi.

Nec purgandi sunt qui facilè celiaca passione laborant.

Ergo rectè dixit Hipp. id religiosa, & accurata speculatione facere oportet. Dubium an turgente materia in corporib. ijs ad purgationem ineptis esse possit.

Solutio: in corpore ad purgationes īepto. humores turgẽtes morbi magnitudinem cacochymam imminentem gignentes adesse.

Tres præparationes nẽpe humorum per cōsiliũ quæ educendi sunt & viæ; & corporis, quo ad vires validas p̃parandas; in corporis purgatione solutiuo medicamẽto agenda.

Circa vnius diei adæquatio succi educendi ab Hip. Gal. & Oribasio statuta.

Purgantium nocumenta.

ta, non nisi certè ob agitationem medicamentorum fiunt, cum medicamenta ista vim sua naturali attractricem specificè, à quacunque corporis parte, etsi longinquissima, suos proportionatos, ac specificos humores attrahentem per se habeant; Medicamenta verò lenientia, nostro tempore in vsu posita, cum nec igneam facultatem, immo partim refrigerantem possideant, neque vim attrahendi humores à longinqua parte obtineant, immo solum irritandi facultatem expultricem, trahendique tantùm habent à primis venis, quę mesenterio insunt, & circa hepatis gibbū Galeni sententia: hinc vim agitandi humores in secundis venis sinus generis venosi nullam continent, nec calfaciendi, exsiccandi, nec inflammandi, vt est cassia, & syr. viol. sol. & ros. sol. pręsertim vero isthęc sero Caprino commixta. Refrigerant verò, vt Gal. ait aluinę eductiones per accidens, vt calidi humores educantur. Insuper comparatiuè, & priuatiuè simul refrigerant. Facta enim comparatione cum calore valde igneo, dum eius pharmaci beneficio remittitur igneus ille calor, & hinc priuatur maiori calore, introducitur quę minor calor, & quatenus ita minutus est calor refrigeratio sequitur. Quocirca ijs nostris lenientibus cautiùs, & accuratiùs, religiosiùs, simulque diligentius sine vllo nocumento, vtilitatem eam, à Gal. positam consequi valemus. Hinc etiam multa corpora nisi omnia ab Hipp. & Gal. constituta inepta ad purgationem, solutiuis ijs igneis horum autorum faciendam, idonea tamen sunt purgationi moliendę cassia, aut syr. ros. sol. aut viol. sol. cum sero caprino, vt nos febricitantibus ardenter damus, maximo cotū emolumento, loco lactis Asinini cocti melli, aut sali commixti, quod Hippocrates pręhebat in febre ardenti, & morbis valde acutis, ac vehementer magnis, vt suo loco dictutus sum: Eanque sanè ob causam D. O. M. perpetuo immensas quidem agere gratias tenemur auxilio nostrorum lenientium, quorum ratione, certiorem vtilitatem profectò in arte hac nostra assequi valemus. Cęterùm hic arduus satis pro re hac finienda mihi nodus soluendus speculatione dignissimus postremò cadit. Quandoquidem Hippocratis doctrina, ea corpora ab eo constituta purgationi quidem aluinę inepta, purgationi verò vomitionis idonea. Ideoque turgentes humores suum exitū quęrentes, per hoc videtur propriè tantummodo per exitum aluinum, non autem vomitionis, vt etiam Galenus confirmauit dicens. *Cum igitur superabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur nondum in aliqua parte firmati; tune ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente*. In oppositum verò, vt vidisti cap. 4. ait Hippoc. in febre gracilem hominem vrente. *Huic medicamentum propinandum, quod educat, qua parte magis febris detinet, siue superiori, siue inferiori*, per partem nanque vicinam tantùm commodè humor morbificus educi potest: Ac etiam tam propè aluum, quam propè os, materia vtique turgere potest, sicuti etiam *pro humorum noxiorum momento & inclinatione vacuationem esse faciendam*, vt ait Galenus, *neque supra septum consistentes dolores per deiectoria medicamenta, neque infra suos per vomitoria vacuare oportere* ait Hippoc. nisi, in principio reuulsionis faciendę studio, vt cap. seq. dicturus sum, cum dixerit, *supra septum transuersum dolores; quicunque egent purgatione per superna purgandum esse significant. Qui verò infra sunt per inferna* propter vicinitatem partis affectę, particulariùs autem symptomata demonstratiua superiorem, & inferiorem purgationem moliendam esse debere, tribus quidem in locis, cum exarat. *At veluti in prænotionibus dictum est; per superiora purgatio accommodata est ei, qui sine febre cibi fastidio, aut ventriculi morsu, aut tenebricosa vertigine torquetur, aut cui os amarum est, & summa omnibus supra septum transuersum doloribus*, affectibusùe. *Per inferiora verò, vbi citra febrē tormina detinent, lumborum dolor, genuum grauitas, menses ęgrè prodeunt, & dolores sunt in partibus septo transuerso inferioribus*. Verùm consideratiùs in relatione ad causam sine qua non, nempe ad aerem, à cœli statu alteratum circa caliditatem, aut frigiditatem, has duas purgationes quoque perpendit: Nam *Aestate superiorem potiùs hyeme inferiorem purgare conuenit*, tum quia ęstate tenues, ac leues humores sursum se rapientes peccant, tum etiam quia priscorum medicamenta solutiua, vt ignea vi, si diu moratentur in corpore, vt deorsum purgantia dimotantur, corpora quidem inflammarent: hinc ait *sub canicula, & ante caniculam difficiles sunt purgationes*. Hyeme verò humores crassi, & graues deorsum tendentes, si de contentis, in aliqua parte loquamur. Nam de fluentibus totum in oppositum se habent. Pro istius autem nodi solutione contemplor; Principaliter, ac frequentiùs infra diaphragma humores turgere, hinc principaliter, atque frequentius talem quoque per aluum educi materiam debere; Non principaliter verò, ac rariùs supra septū transuersum, eam turgere, hinc etiam rariùs vomitionibus idipsam euacuari, per quas vtrią; duas purgationes totum corpus expurgatur. Quippe quòd etiam, si turgeant humores in aliqua corporis nostri sede peculiari, suumque exitum quęsiuerint, per eandem sedem eos turgentes sucos educere cogimur. Cęterum hęc omnia instituta demonstrare conabor. Et primo quòd principaliter, & frequentius per secessum materia turget. Nam cum Hippocrates dixerit. *Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turgeat, quarto mense vsque ad septimum*. Ibi quidem per materiam turgentem medicandam, non nisi purgante medicamento, *manum porrigente*, materię; turgentis *motum ad aluum deducente* intelligit, Galeni explanatione, quod vtique pergendo, etiā textu sequenti confirmat, inquiens. *At verò cathartica appellata pharmaca euacuationis diuersam*

speciem

Nota differentē effectum solutiuorum & lenientium.
Lenientiū prestantia.
Quomodo lenientia euaculādo cacochymiā per accidens refrigerant.
Lenientium nostro æuo in vsu frequenti adhibitorum præstātia, vtilitas ac ratio.
Dubiū turgētes humores duntaxat per aluum educendi sint, an quoque per vomitū, & per alios locos.
Rationes cur tātum per aluum purgandi sint. Hippoc.
Galeni autoritas.
Rationes cur & per vomitū extrahendi sint. hi turgentes propriè humores morbi magnitudinem cacochymiæ ventuiam imminentē gignentes, supra diaphragma.
Turgentes succi supra diaphragma, vomitionibus; infra vero diaphragma turgētes, aluinis eductionibus extrahendi sunt.
Signa demonstratiua materię turgentis in toto corpore per vomitum educendæ.
Per aluum educendæ, signa diagnostica.
Purgationes rectè moliendæ, ex anni temporib. sursum vel deorsum.
Solutio.
Frequētius materia turget sub diaphragmate per aluum purganda.
Per alias partes & vltra vomitū ac vltra deiectionē, turgētes succi extra properantes educēdi sunt hæc pro ma istituta probantur.
Principaliter, ac frequentiùs materiā turgentem per secessū purgandam sub diaphragmate haberi demonstratur.
Prima ratio ex autoritate Gal.
Secūda ratio ex Gal. autalia.

A
Hipp. 1. de nat. hum. c. 15. & 26 & 27. vt Gal. ad notat. de atra bile c. 7. & 4. met. c. 6. & alibi.
4 De ra. sin c. 1. & 12. meth. c. 3. & alibi.
10. Meth. c. 10.
B
4. Aph. com. 12.
De loc. in hom. p. 413. 414.
De loc in hom. cit. p. 410.
C
Gal. com. 4. aph. 18.
6. Epid com. 1. t. 9. & 4. de vict. rat. in m. a. 2. 128
4. Aph. 18.
In ep. ad Demitegem de veratri purg. p. 1287
Idem 4. aph. 17. & lib. prædict.
Epi. eodem loc. & 4 apho. 20 & lib. prædictionum.
4. Aph. 4.
Idem fere vide 4. apho. 1. & 7. aph. 6.
D
4. Aph. 5.
Gal. 4. aph. 1.
4. Aph. 1.

speciem constituunt, de quibus, vt dixi, ipsi nunc est differendi propositum. Cathartica verò hæc medicamenta iam purgandi habentia *à purgatione cathartica* dicta per eundem locum educentia, aphorismo præcedenti narratū, hoc est, per secessum. cuius profectò purgationis Hip. meminit, inquiens. *Qui iam febre continente detenti diebus paribus medicamentum purgans sumpserunt, ij sanè supra modum nunquam purgati sunt. Qui verò diebus imparibus vehemens medicamentum sumpserunt, ij purgati sunt, multique etiam supra modum purgati perierunt*, rationem verò vbi supra reddidit. *Sic sanè diebus imparibus dolor contingit. Quin etiam quod quidem humor magis conturbetur.*

5. De simpl. me. fac. c. 3.

3. De morbis p. 511.

Quæ Hipp. ante statæ ... tur.

Ergo principaliter Hippocrates de materia turgenti infra educenda, quarto aphor. doctrinam sempiternis monumentis tradere intendit: hinc primò in aphorismo, eam constituit in vtero gerentibus, in quibus vtique ait, *cautiùs, religiosiusque agendum*, cum turgens ea materia hæc [?] infra diaphragmate frequentiùs cernetur. Postrema ratio sit, quòd 4. aph. 5. de purg. aluina alloquatur æstate non agenda, neque in corporibus, ad talem purgationem ineptis, ante ex Hippocrate positis. Non tamen excluditur, quòd materia ipsa quoque supra diaphragma turgere non valeat, euacuandaque non sit, per vomitionem. Prima ratio sit desumpta ab eo verbo turgere; Secunda ab alio verbo medicare. Tertia ex locutionibus, ac doctrina Hippocratis in eo quarto aphorismorum tradita. Quarta, & vltima ex Galeni explanatione. Nam Hippocrates primò ait materiam turgentem in prægnantibus, à quarto ad septimum medicandum esse: illico verò ait. *In medicationibus talia educere è corpore, qualia, & sponte prodeuntia, vtile.* Turgens enim materia, suum exitum sponte quærit, ac natura etiam parata est, eam expellere; ergo ait per eam viam, ad quam natura inclinat rectè agere, ea materia turgente præsente, vt per eādem medicare teneamur: Si itaque turgens materia per infernam partem tantummodo expurganda esset, procul omni dubio, eo in loco declarasset signa indicantia, quando id faciendum sit. Quod non nisi aph. 20. efficit, postquam aph. 17. promulgauerit signa indicantia, quando materia turgens vomitione educenda sit, ergo sequitur institutum. Insuper per medicari, ne dum quidem medicamento purgante deiectorio, purgandum esse: Verùm etiam vomitorio id agendum esse, explanatur, vt ex Hippocrate Galenus desumpsit. Vlteriùs Hipp. id, quod primo, & secundo aphorismo dixerat libri quarti; quia in eo libro, vt ait Galenus, *de sola purgatione eundem habuit sermonem, quoniam de ea hoc maximè libri loco disputationem instituerat*, nempe de purgatione præsertim, quæ turgente materia præsente fieri debet. Hinc istius purgationis duo membra constituit, nempe vomitorijs agendæ aph. 17. atque deiectorijs moliendæ aph. 20. Tandem Gal. in com. inquit, vt supra dudum iam dixi. *At verò cathartica appellata pharmaca euacuationis diuersam speciem constituunt*, pro vt vel cholagoga, vel melagoga, aut phlegmagoga sint, *de quibus, vt dixi ipsi nunc est differendi propositum*. Verùm addit *Non tamen maiùs quicquam docet, quàm quod de omnibus vacuationibus ipse iam dixit*. Ergo ne dum de humoribus turgentibus, & non turgentibus, per secessum educendis doctrinam statuere intendit Hippocrates: Verùm etiam de ijs per quancunque partem, purgante medicamento, extrahendis, per quam natura ipsa, tum euacuare inclinat, tunque actu euacuat: Quod sanè quoque alijs verbis dilucidauit, inquiens. *Atque præstiterit fortasse de omnibus vacuationibus, quas Medici circa ægrotantium corpora occupati moliuntur, altiùs disputationem repetere:* Cæterùm, cum humores per plures nostri corporis partes expurgentur, nec non quoniam in omnibus partibus, quibus insunt, suum exitum quærentes, turgere quoque valent: Igitur non modò ad aluum, & ad vomitum vergentes, turgere possunt; Verum etiam sicuti exitum per alias partes festinantes esse valent, in ijsdem alijs quoque partibus turgere possunt: Hinc non aliunde Gal. inibi ait. *Fiunt ergo vacuationes interdum medicamentis tum vomitorijs, tum deiectorijs totum corpus purgantibus. Nonnunquam verò medicamentum ex parte quapiam vacuandi vim habet, qualia, quæ per palatum, & nares capitis educunt, excrementa: sunt etiam de genere expurgantium superflua, quæ per tussim thoracem, & pulmonem expurgant, & quæ per vrinas eliciunt totius sanguinis serosum excrementum. Clyster quoque fuerit de hoc genere: & quicquid denique totum corpus æquabiliter non vacuat: quomodo tum phlebotomia vacuare creditur, tum generaliter omnis sanguinis ablatio, quouis modo facta: eiusmodi quoque est vacuatio, tum quæ per vterum, & hemorrhoidas fit.* Ergo patet institutum, quod etiam hac ratione confirmatur; in eo, quòd si cutis pustularum humores tenuiores, calidi, acres, & mordaces, putridi suam excretionem postulantes, turgent, eò magis humores tenuiores, calidi, acres, & mordaces motu indeterminato fluentes, peruagantes, suam euacuationem flagitantes turgere quoque queunt. Antecedēs enim à Gal. statuitur, hoc modo. *Iam verò, & tuberculorum superiùs notitiam habuistis, quod videlicet in aculum fastigiata, & veluti turgentia calidiorum succorum gemina sunt, contra sese habentia frigidorum. Ipsa verò turgere ex pruritu, atque dolore dignoscere licet: moderatè enim calida pruritus solum excitant: sed vehementiùs calefacientia statim mordent, atque contristant.* Verùm dubitatu dignū rursus est; doctrinam scilicet ab Hippocrate omnium harum euacuationum; tum totius corporis, tum omnium partium statutam, non turgentium humorum tantùm quidem esse, at aliorum quoque succorum; ratione quorum alias etiam euacuationes, quæ per accidens sunt, constituit Galenus; illico postquam omnes eas allatas euacuationes connumerauit; inquiens. *Tum etiam, quæ per exercitia, & frictiones, & motum omnem, & quæ tepore fit, & balneis calidis, præsertim si vel nitrosa,*

Tertia ex Hip. decreto.

4. Aph. 2.

Quarta ratio.

Quandoq. materia & supra septum transuersum turget, per vomitiones educenda: quatuor rationibus.

4. Aph. 1. 4. Aph. 2.

Materiam turgentem illico educendam per vomitum quoque supra diaphragma inueniri ostenditur. Prima ratio.

4. Aph. 1. Com. 1. aph. 21. & in Hipp. lib. de fract. c. 2. tex. 39.

Secunda ratio.

Com. 4. aph. 2.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Com. 4. aph. 2.

Humores non modo ad aluū, & ad vomitum verum etiā ad alias excretiones turgere possunt.

Ibidem.

Vacuationes totius corporis æquabiliter factæ humorum.

Vacuationes partium.

4. Aph. 2.

Capus purgiastrenutoria medicamenta in capitis dolore Hipp.

Lib. de affect. 517. ca Foel. & 528. per palatū.

Per tussim pectus, & pulmo expurgatur.

Et 9. de morbis 466.

Per vrinam totum genus venosū purgatur.

Vacuationes totius corporis nō æquabiliter factæ, quæ sanguinis sunt.

In 6. Epidemiū c. 3, 130.

Euacuatio exquisita omniū humorum, tamē venæ sectio est 2. aph. 17.

Toto 4. lib. aph.

Humores per cutim educēdi turgentes aliquando.

Ex Galeno. Dubium.

Com. 4. aph. 2.

Euacuationes per accidens agendæ, quæ nā sint.

Solutio.

Euacuationes illæ per accidens moliēdæ humoribus turgentibus, tribus rationibus conducūt in mulierib. vtero gerentib. tribus prioribus mēsibus, ac duobus vltimis mēsibus, vbi nō est purgandum, et si materia turgeret.

Li.2.c.1. & hoc lib.c.2.

nitrosæ, vel sulfureæ, vel bituminosæ fuerint, & denique ex accidenti inedia æquabiliter euacuat, quarum antea iam memini. Cui respondendo, dico Hippocratem in eo lib. generalem doctrinam omnium euacuationum, & omnium vtique humorum constituere intellexisse. Vnde hæ euacuationes, per accidens quoque factæ, humoribus turgentibus competunt, ac id sanè, me quidem iudice, tribus modis vsu venire potest: Quandoquidem tribus prioribus mensibus mulierum vtero gerentium, ac etiam duobus postremis mensibus, quibus quinque mensibus materia turgente in toto corpore Mulieres medicandæ minimè sunt Hippocratis decreto; tunc illi turgentes humores corrigendi sunt, ijs euacuationibus ex accidenti ministratis. Præterea interdum aliqui nō permittunt, quòd sibi ipsis præbeamus pharmacum, vt ait Gal. licèt materia turgeret, tuncque illi diu frictionibus, & balneis tentandi sunt, vt ijsdem euacuationibus, per accidens moliendis, succi illi turgentes euacuentur: Denique hæc omnia, aut saltem aliqua executioni mandanda, in victus ratione seruanda, circa res nō naturales in omnibus, quibus est materia turgēs, ac vbi medicamenta purgantia præbemus. Verum perpende succos turgentes eorum euacuationem per se nō indicare, immo sola magnitudo morbi cacochyma ventura, ac imminens generāda ex his turgentibus humoribus, talem succorum eductionem vt vrgens per se indicat. Gigneretur enim hæc magnitudo, si cito hi succi non educerentur, dum in aliquam partem principalem ingruerent. A

4 Aph. 2. 4 De tuenda sa. c.4. & alibi vt libro ipso 2.c.2 iam dixi.

B

CAPVT VI.

Quinta humorum differentia diluitur: qui impropriè turgentes, ac præter naturales existunt, statim vehementer purgandi.

Contextus.

Turgentes non propriè qui nā humores sint.



HVmoribus autem vniuersaliter, seu propriè motu indeterminato fluentibus, ac turgentibus perpensis; Modo ideo alios particulariter, & impropriè motu determinato turgentes patefacere succos teneor: Cum autem isti vel morbosi, vel sani in nostro corpore inspiciantur. Proinde prius morbosos, vt nobis notiores humores, subinde vero sanos dilucidabo. Nam omnes quidem humores, tum morbosos, tum sanos, in nostro corpore motu definito peccantes, ac dum sua fluxione ita inclinata, ac determinata ad aliquam, tam principalem, quàm non principalem partem, cū morbi magnitudine cacochyma, aut præsente, aut imminente etiam lædentes. Verùm etiam firmam sedem in ea parte eorum stabilitate incipere habentes, simulque afficere incipientes, ad humorum propriè turgentium huc vsque iam dilucidatorum Hippocraticam doctrinam redigendos esse; iam ostensum est. Quatenus isti turgentes (etsi impropriè tantùm) appellari possunt; ac in eo, quòd etiam isti primo ipso die, vel saltem non vltra secundum, vel tertium diem (pro nostro posse) quo suo motu peccare inceperint, educendi sunt; priusquam sua fluxione, maiorem morbi magnitudinem, per se vrgentem, ac per se lethalem vel infelicem, vel saltem, vt morbis cronicis accidit, curatu difficillimam, gignant. Fluxio enim, seu motus humorum, aliquam partem lædens dum fit, illico per motum, fluxioni contrarium reuulsione, per partem loci affecti lōginquam, demenda perpetuò venit, præsertim eodem tempore, dum incipit. Nam materia, iam fluxa digerenda, discutienda, ac per vicinam partem euacuanda est. Eanq; sanè ob causam, cum humores sua terminata fluxione aliquam partem, morbo magno afficere incipiant, per motum fluxioni contrarium, educendi statim sunt: Quam quidem purgationem Galenus ita recenset, *ex partium situ indicari manifestum est. Nam auersionis in contrarium, quæ ab Hipp. lib. de humoribus in principio antispasis dicitur, non à substantia, sed à curandi membri positu inuentio præstatur*, rationem reddens, cum in linguæ vitio curando aluina purgatio ab eo facta fuerit: in peripneumonia verò vomitionibus purgauit. Verùm enim verò, sicuti quatuor modis humores, fluxione peccantes, morbi magnitudinem cacochymam gignere valent; quatuor etiam modis, fluxioni oppositis ijs hi humores euacuandi sunt. Nam vel sursum, aut deorsum, vel à profundo, seu centro ad altum, seu ad superficiem hi humores fluere possunt: vel ad aliquam partem internam, aut externā suo motu fluere alio modo valent. Ita per oppositū quatuor terminibus quidem, ijs quatuor fluxionibus contrarijs deijciendi erunt. Quoniam habetur. *De purgatione in hoc libro disseram: desiderant eum ægri hanc non modo, vt quod noxium superuacuum, quo vrgentur, educat, sed etiā, vt quod tum ad diuersum trahat, tum vacuet: Atque ob eam rem Hipp. tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo, quod de vlceribus prodidit, morbi etiam magnitudinem ad purgationis indicationem cōsiderat. Purgatio, inquiens, per aluum plurimis vlceribus prodest: præterea vulneribus, quæ in capite accepta: Item quæ in ventre, & articulis ad hæc ijs, in quibus ossi caries impendet. Præterea quæ sinuntur, et exceduntur, & herpetibus, & reliquis, quæ vlcera diuturna reddunt etiam quæcunq; deliganda sunt per aluum purganda sunt. His verbis clarè docuit vlceribus omnibus, & vulneribus, quoties præualida sūt, purgationem esse vtilem.* Et in fine capitis ait. *Ac si perpetuum est, quod ab eo didicimus incipientem fluxionem ad contraria trahendam esse, &c. quod in principio hæc è longinquo postea ab ipsis vlceratis partibus sit molienda, &c. Alias pharmacū, quod ad bilē flauam, vel atram, vel pituitam educendam* C D

Fluxio materiæ ratione terminorum motuū consideratur.

7. Meth c.11. & 2. ad Glauc. c.2. & 4. meth. c.6. & de Hirudinibus c.2. 4. Meth. med. c.6.

Fluxiones humorum ex terminibus. & lationibus acceptæ quatuor sūt quæ etiam quatuor alijs lationibus fluxionibus contrariè oppositis curandæ sunt.

14. Meth. c.8.

Fluxio humorum, per lationem peccantium solutiuis pharmacis curātur. Nempe purgatione reuulsiua antispastica motu fluxionis cacochymiæ contrario deorsum administrata.

4. Meth. c.6.

Nota ex Gal. verbis purgationes indicari a morbi magnitudine cacochyma tum præsentib. tum imminentibus, & incipientibus.

Gal. ex Hip. lib. de vlceribus in Foes. Interp. p. 899.

Ibidem.

vim

A *vim habet, dabis.* Hæc Galenus. Ex quibus tria notatu digna colligo, nimirum, vt incipiente fluxione cacochyma morbi magnitudinem causante cacochymam, antea allatam, purgante medicamento, pro reuellendo, vti debeamus. Insuper quod purgatio fieri debeat, tunc sine vlla præparatione humorum fluentium alterantibus facta. Tertio quòd principalis humorum purgatio reuulsiua, simulque eductiua aluina sit, quæ frequentiùs adhibetur. Primam autem fluxionis lationem purgante tollendam Hipp. statuit hæc Arti Medicæ consignando. *Alium succum non qui exeat, ducere, exeuntem verò vna effundere facere simile, vt dolor dolorem sedat. Dissimilia si sursum vergant elata per inferna soluere.* De hac prima, similque secunda latione Galenus loquendo, hæc verba nobis consignauit. *Humores membris in totum dissimiles sursum versus petentes deorsum trahere. Si verò deorsum vergant sursum reuellere*, vt Hipp. docuit lib. de nat. hominis 179. & de ossium natura pag. 245. ex Foesio. Potissimum autem vbi partes supernæ magno morbo cacochymo, fluxione sursum deferente cacochyma offenduntur, purgatio aluina agenda, vt in *plurimis vlceribus; præterea vulneribus, quæ in capite accepta* conspiciuntur. Verum ne dum vbi morbi magnitudines cacochymæ periculosæ, vel præsentes, aut imminentes fuerint; Sed etiam quoties illæ magnitudines non lethales, immo solũ valde lædunt, vel curatu difficiles sunt, *quæ vlcera diuturna reddunt* in parte superiori aluina purgatio molienda indicatur; quod etiam in alijs tribus fluxionum lationibus cacochymis seruandum est Hippocratis, & Galeni sententia. In angina

6. Epidem. com. 2. tex. 9.

In com. 6. epid. com. 2. cont. 9.

Loco cit. Gal. ex Hipp. decretis.

Vide librum de magn. cacochymiæ c. 6.

Prima fluxionis latio sursũ attollitur aluina purgatione reuulsiua, ac euacuatiua, curanda.

De prima fluxionis latione cacochymiæ magnitudinẽ morbi cacochymam gignente. exemplum Hipp. Ac de secunda exemplum.

Primum exemplum fluxionis lationis primæ cacochymæ alluiæ aluina purgatione tollendæ.

Vide ab affectibus capitis, vsq. ad renum morbos, ordine progrediendo, plurimis exemplis omnia dilucidantur.

B quoque vena secta priùs ait Hippocrates postea sine humorum præparatione; *& medicans*, per medicans enim solutiuum medicamentum intelligit, & Gal. in com. inquit. *Corpus autem totum vacuare excrementis debet, & non plethoricum esse geminam nempe ob causam, tum ob eam, quæ à vacuatione est, reuulsionem; tum quòd euacuato corpore cum à parte affecta, quod influit expellimus &c. corpus igitur totum, vena secta, vacuare oportet, & per aluum purgare, & clysteribus.* Præterea in lingua tumefacta à fluxione humorũ Gal. sine vlla succorum præparatione primo die pillulas dedit, *quæ ex aloe, scamoneo, colocynthide constant*, homini sexagenario. In oculorũ verò fluxionibus clysteres acres, & robustos, ac medicamenta fortia sine vlla humorum præparatione, dabat Galenus, capite enim fluxione læso, vehementes aluinæ purgationes congruæ existimantur: hinc ait Hippocrates. *Melancholicos infra vehementiùs purgabis.* Hinc Galenus in Alopecia illico absque vlla humorum præparatione vehementem deorsum purgationem reuulsiuam, simulq; euacuatiuam fecit, ex catapotijs *sola hiera ex colocyntide*, ait Galenus, *purgaui bis in quinque diebus: in prima sanè purgatione quatuor ex ea dracmis, in secunda quinque exhibitis. Priusquam verò ad has purgationes peruenirem, catapotia ex aloe, vndecim ei præbui, ciceribus ferè magnitudinem parem habentia*, Hippocrates quoque ait *Veratrum exhibendum, quibus de capite fluxio fertur*: vt deorsum pur-

4. De vict. rat. in m. acut. t. 30.

14. Meth. c. 8. 4. De comp. med.

4. Aph. 9. 1. De com. med. 5. loc. c. 2. f. 122. G.

Secunda autoritas.

Tertia autor.

Galeni Pilulæ de tribus.

Quarta autoritas.

Idem vide 12. meth. c. 3. & 13. meth. c. 1. & 13. meth. cap. 11. ait vt vehementer ægri purgari debent per aluum in capitis affectibus a fluxione ortis.

Quinta autoritas.

Vide de remedijs paratu facilibus c. 6. clas. 7. f. 154. F. & G. de alopecia.

Dosis hieræ colocyntidis.

Hieræ colocyntidis drachmas quatuor, & quinque dabat Gal. bis in quinque diebus in Alopecia ad reuellendam, ac educendã materiã ad caput fluẽtem.

C gatio fiat reuulsionis, euacuationisque gratia. Pro reuellendo vitioso succo in caput fluente in casu capillorum medicamentum quoque, deorsum purgans, dare conuenit, vt Hipp. ait. Porrò in capitis dolore, inquit Diuinus senex, *Statim autem per initia constitutionis morborum in agris spectãdum, quoniam opus habeant, & medicamentum purgans.* Insuper ait, *Vbi perpetua cum febre insania (phrenitis dicta) occupat, &c. Huic ad dolorem eadem, quæ in morbo laterali exhibeto. Aluus verò curanda, eadenque reliqua.* Pro aluo enim purganda ad deriuationem faciendam elleborum, & peplum odoratis correctum, in laterali dolore descendente dare nos docuit: Quæ medicamenta etiam in dolore pectoris præbebat. Quandoquidem ait in pectoris dolore. *Quæ in morbo laterali adhibeo, & potionem ei ex peplio, & elleboro, & grano cnidio ad purgationem propinato.* Idenque in peripneumonia spuria inquit. *Si dorsi, aut lateris dolor oboriatur exhibeto quod in morbo laterali ad lateris dolorem facere potibus, aluum subducentibus.* Verum perpende in legitima tũ peripneumonia, tum pleuritide ascendente, nec Hippocratem, nec Galenum solutiuum igneum præbuisse pharmacum, At vero solo enæmatum auxilio reuulsionem, ac euacuatione fecisse. Si hæ affectiones valde acutæ fuerint. Cum ibi per expectorantia remedia è pectore materia educenda sit. Attamen in quarto die manna ac trochis de viol. 55. danda sunt, pro succis fluentibus reuellendis.

In ep. ad Dem. Regem de Veratri purgatione 2172. ex Foes.

2. De morbis à p. 472. vsque ad 471.

Lib. de affe. 528

Eodem li. 530.

2. De vict. rat. in m. ac. t. 11. & 4. de vict. rat. in mor. ac. t. 76.

Li. de internis affect. 554.

Lib. de affectionibus p. 529.

4. De vict. rat. in m. ac. t. 75. & 2. de vic. rat in m. ac. contex. 13.

Sexta autoritas & primũ Hipp. exemplum.

Septima autoritas, & secundũ exemplũ Hipp.

Octaua autoritas. & 7. Hippo. exemplum.

D Sed in augmento isthæc non exhibenda, vt secundo Hippocratis exemplo dictum est. Vlterius exarauit in cardialgia. *Quod si bilis vel pituita circa cor vrgeat, aqua frigida, aut mulsa epota vomendum, & si venter infra non subeat insuso, vel glande vtendum. Quod si cum febris detinet, neque inferiora, neque per superiora purgantur, totumq; corpus laboret tertio, vel quarto die leui medicamento per inferiora purgandum.* Hic autem mihi duo notanda veniunt. Primò enim quòd dum accessio in augmento, aut vigore neque per inferiora, neque superiora excrementa fluentia ad os ventriculi educere debeamus: in principio autem accessionis vomitione educere possumus; in fine verò accessionis per inferiora, vt nos docuit Hippocrates, quemadmodum antea quoque adnotaui. Nam in cholera vomitionem, simulque deiectionem medicamentis iuuamus temporibus accessionum, vt infra videbis. Secùndo autem aduerto circa ventriculum (Nam Hippocrates cordis dolorem, more Antiquorum, oris ventriculi dolorem, seu morsum accipiebat) & circa hepar, renes, ac lumbos terminum esse dimidij corporis constituit; à quibus partibus vtique vtrunque reuulsum fieri valet, tam sursum vomitione, quàm deorsum deiectione; tametsi ab Hippocrate eum terminum, septum transuersum esse asseuerauit. Præterea verò Hippocrates ait. *Ad cholerã autem confert, &c. Venter autem tum superior, tum inferior potionibus madefacientibus curandus, sub*

vesperam

Lib. de affectio. 531. ex Foesio.

3 Epid. ægra 57 f. 1050. ex Foes. Li. de affec. 537 & 538.

Gal. 2. de simmedicã facult. c. 13.

Lib. de affectio. 137. 138.

Nona autoritas & 4. Hip. exemplum.

Decima autoritas & 5. exemplum.

Vndecima autoritas & Hipp. 6. exemplum

Duodecima autoritas & Hipp. 7. exemplum.

In cardialgia aut angore stomachi I alio affectu peracuto. Primũ cõtẽplatione dignum. Secũdũ notatione pulchrum.

Tertiadecima aut. & 8. Hipp. exemplum.

A *vesperam autem etiam ei exhibteo, qui ei, qui medicamento purgante vsus est, exhiberi solent.* Hic nota, me non accipere hunc humorem biliosum in cholera ad aluum, & ad vomitum vergentem, ita enim hic non esse ponendum reor: Verùm vt oris ventriculi morsum efficit sua fluxione, ita enim reuellendus, ac educendus. In dolore autem iecinoris (vt paulatim ad partes medias vsq; ad renes descendam) in hac latione prima vbi fluxio bilis ad hepar adest, exarat. *Scamoneo aliquantulum purgato, &c. lacte asinino cocto aliquantulum purgato,* eiusq; *heminas octo melle affuso propinato: similiter lac caprinum, & equinum eodem modo exhibeto.* Lac enim præbet quatuor rationibus, tum quia aluum subducendo, reuellitur humor biliosus ab hepate; tum quia refrigeratur totum corpus, & hepar; tum eo, quòd secunda qualitas, & prima bilis, ceu ab epiceraustico obtunditur: tandem quia incrascante lacte, fluxio sedatur: cum lac asininum præbeat Hipp. pro sistenda fluxione in dolore coxendico, post medicamenta deiectoria data. Adde, quòd *in* lumborum dolore, & stranguria ait *cum ita habuerit ventrem epithymo, aut scamonea radice aliquantulum purgato: eadem Stranguria laboranti potui exhibeto. Lactis autem potione vtatur quinque, & quadraginta diebus, si anni tempus ferat, aut serum lactis.* Rursus in dolore Nephritico, & sanguine, bile, & pituita. *Cum ita habuerit medicamentum ex cucumaris agrestis succo paratum, aut tapsiæ radicem, aut veratrum, aut scamonei succum propinato.* Ex quibus verbis quidem elicere poteris, dolori nephritico, alui eductionem elaterio, seu tapsiæ radice, elleboroue, aut scamoneo, molitam, valde conferre. B Nec deest alius locus, vbi ait. *Dolor quandoque in pectoribus, dorso, & lateribus vrget.* Vbi etiam vlcus arteriæ, seu venulæ pulmonis fuerit, *si medicamento tibi vtendum esse videatur cum grano cnidio, aut tithymallide aliquantulum purgato.* Deinde *At verò si arteria, aut vena aliqua ex his, quæ ad pulmonem tendunt, diuellatur: Hunc si per initia curandum susceperis, scamonea succo, si febre careat per inferiora aliquantulum, purgato lacte bubulo postea crassiorem, &c.* Sunt etiã Hippocratis innumera alia exempla, Verùm hæc sufficiunt pro prima fluxionis latione sistenda; Tum etiam quia iam tempus est, quòd secundam fluxionis lationem purgatione vomitoria sistendam dilucidem, quam iam Hippocratis, & Galeni sententia constituimus, vnà cum prima; quarum meminerunt etiam ijdem autores hoc modo, *in lib. de succis nos edocuit* Hippocrates *auertere nos iubens ad contraria, deriuare verò ad latera; quin etiam, cum maximè influit, tum ad diuersa reuellere. Dictum verò, & de hoc est in eo libro. Quare nunc quoque si etiamnum fluxio valenter irruat, reuellere ad contraria studebimus, sic autem in inferioribus sit superiorem ventrem vacuantes,* hoc est vomitiones. Vnde Hipp. ait de humoribus 58. *vomitionis institutio eorum, quæ per inferiora subducuntur.* Præterea Galenus ex Hippocratis decreto inquit. *Igitur si in pedes, & crura fluxionem decumbere senserimus vomitu purgamus.* In hæmorrhoidibus verò ait Hippo. *Vomat septem diebus, aut ter in mense: nam hoc pacto optimè corpus habebit.* In dysenteria etiam, ac in lienteria C *sedare autem velis, vomitum post cibum, aut lenticulæ decoctum excitato confestim per inferiora secessus sursum reuellitur* eo, quod alibi ait, *longo alui profluuio laboranti sponte vomitus superueniens, morbũ soluit.* Nec deest quòd etiam non prosequatur, *qui ventrem inferiorem calidum habent, subeuntque acres deiectiones, & inæquales, hi à colliquatione id patiuntur. Qui si valentes fuerint reuelles elleboro albo,* vomitiones excitando, ac ita morbus is curabitur. Quocirca à naturæ tecta operatione, alui fluorem, vomitu sedante, longa experientia, comprobata; id nos facere Hippocrates docuit, sicuti è contra vomitus sedatur à clysteribus acribus Galenus verò in priapismo à fluxione materiæ ad pœnem decumbente, ait *& purgatio per ea medicamenta, quæ supra, sine ea vomitionis dicere manis,* Sed alio in loco aluinam eductionem damnauit in principio non moliendam dicens. *Verum hoc à principio, &c. Quod si euacuatione vti libeat, per vomitum id fiat, quæ enim per inferiorẽ ventrem fiunt, euacuationes sæpenumero vicinas partes fluxione infestant.* Vomitus insuper in pudẽdorum phlegmone à Galeno ita proponitur. *At vomitu vti pudibundis laborantibus in diuersa auxilium reuellens, Græci Antispasticum vocant.* Vomitus præterea ischiadicis potiùs, quàm deiectiones prouocãdus à Galeno statuitur. In renum affectibus etiam Gal. vomitorias purgationes, reuellendi gratia, constituit; circa initia *oportet ante aliam curationem, vel mitigationem, nisi quicquam impedimento est, vomitum prouocare.* D Aliam vero autoritatem scriptis mandat; in dysenteria colliquatiua enim vomitum ex elleboro albo excitat, Hippoc. per aquam mulsam, euomendum. Istæ autem duæ fluxionum lationes cacochymiæ, quæ ad longitudines sunt, ac ad longinquas partes se habent, purgationibus tantùm fluentium, & fluxurorum humorum reuulsiuis sedantur, ac adimuntur. Aliæ duæ verò, cum ad latera sint, & circa propinquas partes purgationibus vtique deriuatiuis tolluntur; Hippocrates enim inquit. *Purgatio, deriuatio in caput, in latera, quæ præcipuè tendit:* vt etiam Galenus exploratum habuit, quam, deriuationem Gal. ex Hipp. l. de humoribus, parochetеusin vocat. *Parochetеusis idest deriuatio* per *cat'txin* idest per *rectitudinem* administrata. Ideoque Tertia latio fluxionis cacochymiæ à centro, seu à profundo, ad circumferentiam, seu ad altum tendens, habetur, vt lib. de humor. 58. Hippoc. ait, *quæ vel foras, vel intro* quæ sanè, purgatione, tum vomitoria, tum deiectoria vacuatiua, simulque deriuatiua. In cute enim colore præternaturali affecta, à fluentibus, adhuc, humoribus, in cutem, Hippocrates vomitu ad centrum corporis deriuat, eam fluxionem sistens: Quam fluxionem vtique vomitu remissam, postea omnino aluina purgatione euellit. Sicuti etiam in cuti capitis, colore præternaturali

Quarta decima autoritas, & 9. Hipp. exemplũ.

In hepatis phlegmone purgans medicamẽtum non dandũ ait Gal. 13. me. c. 3 I.

Hippoc. in bilis fluxionibus lac præbet quatuor de causis.

Quinta decima autoritas & Hippoc. exemplum. 10.

Sexta decima autoritas, & 11. Hipp. exemplũ.

Septima decima autoritas, & 12 Hipp. exemplum.

Octaua decima aut. & Hip. 13. exemplum.

Secunda fluxionis latio cacochymæ reuulsiua purgatione antispastica per vomitoria demenda explanatur.

Ab affectib. pedum ordiendo, vsque ad renũ morbos exẽplis progrediendo.

Prima Hippoc. autoritas.

Secunda autoritas.

Tertia autoritas.

Quarta autoritas quæ Hippo. est.

Quinta autoritas quæ Hipp.

Eius confirmatio.

Sexta autoritas quæ Hipp. est.

Septima autoritas.

Confirmatio istius exẽpli seu autoritatis.

Octaua autor.

Antispasticum genere reuulsiuũ remedium.

Nona, & decima autoritas quæ confirmatur ex Hip. l. de internis affect. p. 564 in dolore nephritico.

Vndecima autoritas quæ Hipp. est.

De tertia cacochymiæ fluxionum latione purgatione deriuatiua tollenda, nimirũ purgatione antispastica, tum vomitoria, tum deiectoria à cute ad penitiorem corporis partẽ deriuãte. Reuulsio per lõgitudinẽ fit, deriuatio vero ad latera Gal. 4. meth. c. 6.

Vnde prima & secũda expurgatio alias reuulsio est tertia vero & quarta declaranda deriuatio est.

Lib. de internis affection. 573.

De affection. 538. & 539.

De internis affection. 562.

De intern. affec. 163.

De intern. affe. 548. 546.

550. & 552.

6 Epid. com. 2. tex 9.

4. Meth. med. c. 6.

6. Epid. com. 2. t. 9.

Idem Auicen. ex Hipp. l. 3. f. 13 tract. 1. c. 8.

4. De vic. rat. in m. ac. t. 123.

De affect. 557.

6. Aph. 35.

4. De vict. ratio. in mor. ac. t. 312.

De hirud. c. 2. & ex Oribasio de cucurb. scarif. c. 29.

14. Meth. c. 7.

9. De com. med. sec. loc. c. 9.

13. Meth. med. c. 11.

Gal. 10. de com. med. 5. locos c. 2. & Auic. l. 3. f. 4. c. 21. f. 76. G.

De renum affectuũ dignotione & cura. lib. spurius c. 4. f. 2. 293. D.

4. De vict. ratio. in mor. ac. t. 110. & 112.

Lib. de humoribus 58. Gal 4. met c. 6.

2. Ad Glauconẽ c. 2.

In typhode de intern. affect. p. 583. in icteritia nigra.

Ijsdem locis.

A turali nigro affecta, venæ sub lingua existentis sectione ad centrum deriuauit: vt etiam Gal. ad fluxionem pituitæ, à ventriculo ad cutim tendentis: ac bilis vtriusque, à centro corporis, ad cutem fluentis, deriuandam, & purgationibus vomitorijs vtitur, necnon deiectorijs eductionibus, tum validis, tum leuioribus, vt mellicrato, oximelli, & apomelli; tum etiam cibis, blandissimè aluum subducentibus, vt cremore ptisanæ oximelli, aut melli commixto: sicuti Hip. in hæmorrhoidibus per oppositum, à centro, ad cutim deriuat, sudoribus excitatis, balneis, & frictionibus: sicuti Galenus in febre ardente, vbi in vẽtre bilis flaua ad interiùs fluens per balneum deriuat, ac euacuat, ac in tertiana legitima, exquisitaque. At verò materia, iam fluxa in cute, non amplius ad introrsum deriuari potest, vt in Simone, cui vomitus prouocati, vt ait Hippocrates, *non prodiderant, puto verò, quod si calidis fouisset, illi contulisset.* Quocirca vt ait Gal. in commento; tunc *cuti inhærentium succorum curatio prorsum per fotus, & calida medicamenta præstatur.* Causanque reddidit. *Nam iterum ad intima corporis reuulsio ipsis valde longinqua est, vt per aluum, aut vomitum euacuentur.* Ego verò dico, eos ijs duobus modis euacuari non posse, cum in cute infixi, ac firmi sint: Quam ob rem duntaxat, eos humores, actu fluentes ab intimo corporis, ad cutem, & qui in via sunt, ad introrsum deriuari posse manifestũ est. Sicuti Hippocrates in ossium fractura pedis, aut cruris in graui ictu, vbi cutis sugillatione laborat, ac humorum massæ sanguineæ sanæ fluxio, à

Et alio in morbo regio albo 579. & 533. Ialio regio morbo de locis in hom. p. 414.
4. De san. tuenda c. 4. & c. 5. & c. 6. & cap. 9. & 12. meth. c. 5.
4. De vic. rat. in m. ac. t. 23.
3. De vict. rat. in m. a. t. 61.
2. Ad Glauc. c. 9.
6. Epid. cap. 2. t. 30.
2. De morb. pag. 465.
Hip. secundum exemplum.
Tertium exemplũ est Galeni.
Quartum exemplum Hipp. est.
Quintum exemplũ Galeni est.
Hoc tamen fluẽte materia fiat. Nam materia fluxa in cute per cutem educenda est.
Li. de fracturis com. 3. t. 27. & t. 29.
Sextum exẽplũ quod Hipp. est.

B dolore attracta, cutem eam inflammare imminet, & reuellendi sursum, ac deriuandi introrsum. Studio veratro vomitum prouocat: Galenus quoque cute, & neruo punctura vlcerato, eadem intentione, ait *totum verò corpus superuacuis humoribus liberare in primis solicitudinem habere.* hoc autem intelligit tam si vomitu opus fuerit, quàm si deiectione egeat patiens, vt Hippoc. de intern. affect. in morbo regio tum liuido, tum pallido, tum albo vtroq; modo purgando deriuauit 577. & 579. & de loc. in hom. 414. Per vomitum enim, ac per secessum totum corpus expurgatur, vt cap. præced. iam ostensum est, & æquè hepar, ventriculus, ac mesentereon à prauis succis purgantur. In vlceribus, præterea in herpetibus, elephante, cancro, erysipelate, & in scabie, cathartica non aliunde adhibebat Galenus: similiter in lepra, in myrmecia, leuce, vitiligine, & sphacello, nec non in alijs cutis passionibus eadem ratione cathartica exhibemus. Hinc Hippocrates de affect. 540. *lepra, prurigo, scabies, impetigines, vitiligo, & alopetia ex pituita adusta oriuntur, sunt autem ista fæditas potiùs quàm morbi: fauus struma, phygethla, furunculi, & carbunculus. In his vt ea repurges, biliosis quidem exhibeto quibus bilis repurgetur, pituitosis verò, à quibus pituita, melancholicis, à quibus bilis atra, hydropicis verò, à quibus aqua.* Hæc autem horum Autorum exempla pro his tribus sistendis fluxionibus, & antispasticis euacuationibus, in hoc nostro cacochymiæ eductionis promptuario deprompta semper erunt: ad quamlibet cacochymam eripien-

6 Meth. c. 2.
Septimum exẽplum quod Galeni est.
Octauum exemplum quod Hippocratis est.
9. Meth. c. 13. & 4. de toll. san. c. 3. & 13. meth. c. 3.
4. Meth. c. 6. & Hip. lib. de humoribus.
2. ad Glauc. c. 10. & 11. de simp med. fac. c. 9.
De dynamidijs lib. 9. Gal. attributo c. 4. f. 90. E.
2. Ad Glauc. c. 3.
Nonum exẽplũ quod Galeni est quod multiplex est.
Decimum exẽplum Hippo. est, ex quo Galenus nonum exẽplũ desumpsit.

C dam magnitudinem fluentem, quæ in quacunque corporis parte emergere potest. Cæterum præter hos purgantes modos lationibus fluxionum cacochymiæ contrarios reuulsiuos, & deriuatiuum allatum modum, quos ex Græcorum nomine Antispasi, & Antispastico allato etiam antispasticos appellare valeo. Alium quidem modum purgandi deriuatiuum inuenio non antispasticum, immo ea purgatio humorum fluxionis augmentatiua est. Nam si materia sursum serpat, ac radix eius; in parte sit, vt faciliùs vomitibus educatur, vt in ventriculo, in primisque venis, in mesentereo, ac hepatis gibbo subijcientibus; tunc sanè radicem respiciendo per vomitum euacuare tenemur; euacuata enim fluxionis radice, quoque fluxio consequenter tollitur. At verò si pituita intestinis inhærens fuerit, nunquam vomitu educi poterit; similiter de alijs partibus asserendum venit, quæ vtique cum intestinis maiorem sympathiam continent, quàm cum æsophago, vt reor. De hoc autem modo innumera, ac infinita exempla apud Hippocratem, & Galenum adsunt; verùm mihi satis erit aliqua pro hoc nostro instituto confirmando, hic ponere. Quandoquidem Hip. vt cerebri proprium temperamentũ, spiritu, & innato suo organico calore temperatissimo decoratum sit, vt vbi prudentia, solertia, perspicatia, sapientia, acies, & memoria adsit. Immo *si recta adhibeatur victus ratio, prudentiores, & acutiores præter naturam euadant.* Præter multa, quæ ad hoc assequendum constituit Hipp. etiam, inquit *confert etiam, vt uomitibus vtãtur per quatuor ad minimum dies,* Pro adimendis malis humoribus, qui à venere, ad cerebrum at-

De quarta fluxionum latione cacochymię purgatione deriuatiua nõ antispastica, tum vomitiua, tum deiectiua.
4. Aph. 22.
Pituita in intestinis existens nunquam vomitu reuellenda: immo enumare educenda.
2. De vic. rat. ad tuendam san. p. 337.
Prima autoritas & exemplũ est Hippocratis.

D tolluntur, idq; lædunt. Præterea in frigida, ac humida natura ad idem efficiendum, ait. *Vomitibus autem post cibos cuiusuis generis, humidiores ter in mense vtantur sicciores bis.* Insuper Hipp. ait. *Si dolor ad aures contingat, &c. Præ cæteris optimum fuerit medicamẽtum, quod sursum pituitam purgat propinare.* Gal. verò in capitis dolore priùs ab humorum malitia, postea à crassis, glutinosisque succis, à ventre ad caput ascendentibus, oborto, vomitum proponit, quo hi humores à ventre diuellantur, inquiens. *Euacuatur autem ad vomitum procliues facilè ab aqua potu: ægrè verò vomentibus difficiliùs adeò, vt etiam digitorum, siue pennularum immissione venter ad vomitum irritatus.* Vlteriùs in capitis dolore à crassis per consensum à ventre humoribus, exarauit *in potu præbendo eximelli dicunt, tum simplex, tum iulianum appellatum ex hyssopo etiam, ac origano potionibus, & quæ his adhuc fortiores sunt, magisque incidendi vi prædita vtemur, & vomitu à raphanis &c.* Præterea ex Galeno, Ruso, Possidonio, & Aetio, in melancholia per consensum à ventre ab hypochondrijs haberur. *Vomant ex longioribus internallis à cibo, & ieiuni præsumpto raphani, origanive, aut thymi decocto: nequaquam verò sumant, quæ vehementius vomitum concitant:*

3. De vict. rat. 140.
Lib. de affectionibus 528.
2. De loc. affect. c. de ijs qui ex stomacho capite dolent f. 235. B.
Eodem lib. c. de dolore capitis p consensum fol. 237. A.
De melancholia in Gal. p. 110. E. Lib. 6. c. 9.
Secunda autoritas & exemplũ.
Tertia autoritas, & exẽplum.
Quarta auto. & exemplum Galeni est.
Quinta autoritas & exẽplum.
Sexta autoritas & exemplum.

noxia sunt.n.eiusmodi ventriculoq. & eius ori debilitatem addunt, Ac eò magis melancholiam in cerebrum inferrent. Porrò vomitu morbi thoracis ex his motibus, à ventre, ad thorax ipsum fluentibus, vel mediante capite, vel non capite mediante, oborti sanantur. Adde quod ventriculi pars superior à succis prauis exoneratur, qui à toto corpore, in eam partē confluunt læsam per vomitū educūtur. Nona vero autoritas est, vbi statuit Hippocrates, bilē flauā vomitibus diuerti, ac euacuari, ne in venas bilis ruat, in febre tertiana exquisita, tū in spuria, tum in febre ardente: quod tamē solum agendum æstiuo tempore vt 3.apho.21.& 2.aph.6.& 12. Pituita verò ēt hyeme vomitu euacuanda est. Hip.& Gal. in lib. de sal.dicta t.15. ctsi deriuatio ea tam vomitu, q̃ deiectione fiat Hip.de loc.in homine 414.& Gal.1.de morb.vulg.c.3.t.22. Ad hæc aūt ad fluxionem deorsum decūbentem deriuandam euacuatione quoq; deorsum executioni mandara, Hip. quarto die in pleuritide descendente ad hypochondria elleboro, ac peplo vsus fuit. Vndecima autoritas Hip. de affect.532. ait in dolore ventris inferioris *medicamento per inferiora purgandum.* Vlterius in dolore coxendico ait, Hipp. *cumq; leuatus dolor fuerit, medicamentū infra purgans exhibere, & post hęc lac asininum coctū potare.* Ibidemq; ait alio exēplo *Articularis morbus* potest.n.ēt podagra, & genogra adesse. *Cum verò dolor adfuerit medicamentum deorsum purgans propinato: & post hoc serū coctuū, et lac asininū potui exhibeto.* In hæmorrhoidibus quoq; Hip. inquit. *Et postea purgabis elleboro* ibi nanq; per secessum purgationē moliendam esse, intendit, quæ fæculentum euacuat succum, qui ad hemorrhoidas accederet. Verū eò magis vteri Mulierum vesicę, testiū, ac pudendorū passionibus cacochymia infestis, purgatio deiectiua confert eo, quia tunc purgatio aluina deriuatiua antispastica habetur; sicuti in hęmorrhoidibus Hip. medicamenta menses, ac vrinā mouentia statuit. Verùm.n. verò in partibus inferiis lęsis aluina expurgatio non cōuenit, quin priùs reuulsiua sursum vomitiua purgatio iam molita fuerit, vt ex Galeni sentētia de priapismo haurire possumus. Verùm omnium istorū modorum simul collectorum meminisse Galenū inuenio 4.meth. c.6. vbi hæc sunt verba. *Si ēt num fluxio valenter irruat reuellere ad contraria studemus vtiq; si in superioribus vlcus consistat per inferiora purgantes: sin autem in inferioribus sit, superiorem ventrem vacuantes, vt si iam fluxio restitit, atq. in membro inhæsit, deriuare magis expedit.* Reddensq; rationem ait. *Cum & in propinquiora translatio sit, & purganti medicamento promptior tum accessus, tū attractus, è vicino detur.* Cæterum quoniā plus, ac minus his modis omnibus purgare oportet, tū prout motus, seu fluxio cacochymię velocior existit, tum quatenus ēt causa fluxionis maiorem motus celeritatem efficere valet: Ideoq; æqualiter cacochymiæ fluxionum omnium, quancunq. causā explorare cogor. Ex Galeni sententia: Itaq; istius rei causarum duo genera esse inuenio; nimirū vel vt humor fluens, a loco affecto trahente, attrahitur; aut dum ille humor, vel à toto, vel ab aliqua parte valida, seu potente, aut à pluribus partibus transmittitur, & à parte læsa recipitur: Vnde vel per modum attractionis, vel p modum receptionis, simulq; transmissionis cunctæ fluxiones emergunt. Quæ duo genera ijs verbis Gal. nobis assignare voluisse, mihi visum est. *Mēbri præparatio ad recipienda superflua quatuor modis est, aut propter membri defectionē, aut raritatē vi æquè largitatē mēbra tendentem Aut propter suæ virtutis attractiuæ fortitudinē, vel sui locationem naturalem,* vt infra patenter videbis, cum id clarius ēt promulgauerit; hunc in modum. *Duplex autē est huius fluxionis occasio, altera quā nuper diximus, quando materia inutiles ad imbecilliores partes ab alijs detruditur: altera quando eadē attrahitur.* Verū fluxionem à parte affecta attractā; parti quidē læsæ duabus de causis cōtingere posse arbitror; vel ob accensam caliditatem, aut propter dolorē excitatum. *Videntur itaq; manifestè fluxionū causæ, ex ipsis partibus, fluxione laborantibus, originem trahentes, duæ esse, quarū altera est in eisdē accensa caliditas, altera dolor excitatus.* Idem quoq; confirmauit alibi. De calore verò, in parte accenso attrahente exemplis, ac experimentis, ait. *Nā inūxeris thapsian hinc haud ita multò post partē illā calidiorem, atq; in ampliorem tumorem elatū conspicies.* Idem alijs rationibus experimento comprobatis demonstrat, vt ibidē inspicere poteris. An verò pars calefacta, mole ampliori, intumescat, eò, quod à calore rarefiat, ac ita calefacta, ac rara simul trahat, vel potius, vt calfacta attrahat, vt rarefacta verò recipiat largitate pdita, intumescat verò tantū humore attracto, ac introcluso; tēporis angustia nunc mihi hanc rē discutere haud permittit: Talis aūt calor in quacunq; corporis parte eam vim attrahendi inferre pōt, tam principali, q̃ non principali; qui calor sane vnanquanq; partem aptiorem reddere valet, ad maiorem velocitatē fluxionis efficiēdam, maioremq; copiā succi superuacui, & recipere, ac retinere prout pars rarior, aut densior, largior, strictior, vacuior, nec non paratior est, ad calorē maiorem, ac minorem acquirendum. De partibus autem fortibus ait Gal. *Attractiuæ membri fortitudo fit in mēbris fortibus propter nimium calorem: qui calor aut naturalis est, aut accidentalis.* Naturalis calor aduentitius est, veluti capitis calor à ventre, & à corpore, vt cucurbitula, ad sese humores attrahens habetur, vt Hip statuit: Eiusdē verò naturæ vesicā; Mulierisq. vterū esse cōstituit Hip *Vt ex carne trahāt, & auellāt. Est aūt earū, quæ intra hominē sunt, partiū natura, & figura eiusmodi,* nēpe vacua, ac rotunda, vt cucurbita est, *vesicæ, capitis, & vteri in mulieribus eiq; maximè attrahere, & sēper attracto humore referta respiciūtur.* Notatu dignū aūt est id, quod exinde ait. *Quæ verò caua sunt, & expansa, & affluentē humorem omniū quidē maximè recipiunt. Verū non perinde attrahunt,* vt cauitates sunt thoracis, & ea cauitas, q̃ inter diaphragma, & ventriculū, cuius pituita p vrinā purgatur, ac

aliæ

Septima autoritas.
Octaua autoritas.
Nona autoritas.
Decima autoritas.
Vndecima autoritas.
Duodecima autoritas.
Tertiadecima autoritas.
Quartadecima autoritas.
Deriuatio ad antrorsū & retrorsum molienda.
Cautio.
Prius antispastica purgatio agēda est: postea aluina purgatio nō antispastica facienda venit, quia prius cacochymia fluxura, & fluens educēda est, deinde cacochymia fluxa euacuanda venit
De fluxionum causis.
Fluxionis cacochymiæ in corpore humano causa, vel pars attrahens, vel recipiens ac retinens, recipiens quæ, vel à toto mandante, vel ab aliqua parte potēte, recipit. Vide de hac re lib.3. de magni. sang.
Fluxio vel per modū attractionis, vel per modum receptionis fit
Attractio humoris fluentis vel à dolore, aut à caliditate fit.
13.Meth.c.5.& arte medic.c.95
Partē fluxionē cacochymiæ attrahere ob calorē raritate, ac largitate cōcurrente, vt effectu caloris.
Vel ob calorem naturalem.

A
Lib Gal. artem de dynamidijs c.2.f.19 G.
2. De alimentorum fac.t.120.
2. De morbis p. 466.
4.Aph.56.
1 Ad Glauc.c. 10.
4. De vict. rat. in m.a cont.6.
2. De vic. rat in m.ac.t 11.& 4. de vi.ra. i. m. a.t.76
De effect.p 518
Et 5. epid. ægro 7.
Pag.539.
B
4. De vict. rat. in m.a.t.123.
4. De vict. rat. in m.a.t.123.
14 Meth.c.9.& 9.de com.med. s.l.c.9.
Idem habet.
C
Lib. de oculis pa.6.c.8.
Ibidem.
2. De dif. febriū c.11.
Ibidem.
2. De diff.feb. c 11.
3 De diff febr. 31.f.43.A.
D
Lib. de oculis pa.6.c.1.
4 De morbis 504.
De prisc. med. p.35.
Ex Folc.x Marinell. autem f.6. pa.39.

A aliæ in nostro corpore cauitates. *At solida rotunda, neque trahunt, neque affluentem humorem recipiunt*, naturaliter loquendo, ac calfactæ, seu dolore laborantes, tunc attrahunt, tunc recipiũt, magisque retinent. Vnde difficilius humore in his contento, hæ liberæ curatione euadunt. Cæterũ membri calor accidentalis, cuius ratione attrahit, quocunque modo fit: cum multis, ac multis quidem modis calor præter naturalis effici possit. Omnes tamen, ad quinque genera reduci possunt: Tot enim hæc genera posuit Gal. vbi ait. *Apparet autem, & in alijs corporibus omnibus, quæ se ipsis plùs incalescunt, vel ex motu quodam augeri caliditatem, vel ex putredine, vel ex vicina parte alterius corporis calidioris, vel ex stipatione, vel ex alimento ad calefaciendum accommodato. Ex motu quidem, veluti in ijs, quæ quouis modo exercitantur*, fricantur, *& in lapidibus inuicem collisis, & lignis, & flamma ventilata; Ex putredine autem, tum reliquorum corporum, tum præsertim seminum, ac stercoris. Mihi quidem nonnunquam videre contingit in columbarum agrestium excrementis, ex putredine ignem accensum. Nec est quispiam, qui ambigat, quin calidorum corporum vicinia alia concalescant, si modò ad memoriam reuocet, & balneas, & solem æstiuum, & omnem flammam*, ac vnctiones extra calfacientes. Ex constipatione autem fuligines, quæ assiduè è nostro exhalantur corpore, facilè introcluduntur; At vero his introclusis, calor quidem igneus fit, quo pars incalescit. Alimentum vero natura calidum nobis calorem inferre posse patet. Verum dolor membri vim

B trahendi certè habet. Ideo Hippoc. duos dolores seorsum comparando, ait maiorem, plus trahendo, alium tollere, *vt dolor dolorem sedare*, qui vtique dolet vel à motu peragitante, seu quassante, aut à copia extendente, vel à materiæ acrimonia, seu mordacitate pungente, vel à re diuidente 1. de sympt. causis c. 6. aut vlcerante 2. de loc. aff. c. 5. aut à re comprimente; vel à parte cõtusa, aut à materiæ crassitie obstruente ibidem & 6. de simpli. med. fac. fol. 43. E cap. de aristolochia. dolor ergo ijs de causis attrahit, ac super omnia sanguineæ massæ, ac humorum fluxionem, ac phlegmonem incitare potest, vt ait Galenus ex Hippocratis sententia, experimentis comprobata. At verò præter calorem, ac dolorem aliam inuenio causam, qua mẽbra attrahunt sine motsu, absque vllo dolore, ac sine tensione Hip. & Galeni constitutione, vt antea lib. 3. de mag. sang. c. 19. vbi in febre cacoethe, de hypochondriorum tumoribus ab attractione factis, egimus. Nam *admodum resiccata vena* attrahunt, *ac inflammantur*. Vt hypochondrijs, dum intumescunt, euenit. Præterea in febre ardenti, ait *febris ardens fit cum venulæ tempore æstiuo, exsiccatæ, acres, & biliosos ichoras ad se traxerint*, & Gal. in com. inquit *venulas aliquas qualibet in parte corporis exsiccari contigerit à vicinis partibus trahunt has humiditates*, & alibi ait. *Quandoq; enim intenditur hypochõdriũ sine inflammatione propriè nominata propter vehementem quandam siccitatẽ*, attrahentẽ humiditatẽ fluxiliorem. Verùm, quoniã progressu attractionis, ob eã arefactionem factam, pars attrahens, & intenditur, ac inflãmatur, impropriè tamen, ac dolet. Ideò supposuit hũc attractionis modũ, vel

C sub genere caloris, aut doloris reducendũ esse. Proinde hũc non connumerauit. Cæterũ alia attractionis praui succi causa adest, in vẽtriculo reposita ex lõga inedia emergens, dũ noui cibi penuria, ventriculus alimentũ flagitando, ad se affluentes attrahit ichoras: non aũt sanguinẽ à corpore alendo retentũ. Ventriculo. n. propriũ est oẽ dũ chylificere, verum ẽt nouum quidem alimentum in gratiã aliarũ omnium partium, & appetere, & attrahere, in longis quidem inedijs *sanies quædã biliosæ, pituitosæq; atq; serosæ, quas trahens illi ventriculo, cum. s. nutrimẽto indiget, iecur remittit*. Ab hepate. n. ceu à sanguinis oficina superflua deponente præcipuè attrahit, etsi ab alijs partibus ẽt attrahat ventriculus: Sicuti quælibet alia pars attrahens ab alia parte superflua deponẽte quoq; recipere põt: Quẽadmodũ nanq. vna pars ab alia alimentũ trahit, ita alia in aliã superuacaneum à se transmittit: & sicuti deponentiũ ea q̃ validior est vincit: ita ẽt trahentiũ q̃ ualentior est uincit: ergo vẽtriculus magis attrahit ichores q̃ nulla aliarũ partiũ: cũ pro cęteris cunctis alijs alendis partibus attrahat: ex quo vẽtriculus in inedijs lõgis magis attrahit: Aliqñ tñ ventriculus sãguinem trahit, *forte igitur ẽt quæres per quod vas crassitudo sanguinis ad ipsum feratur, neq; credes per vnã uenam solũ lien sed ventriculũ quoq; in longioribus inedijs propriũ attrahere humorẽ*. Nã sicuti

D à vẽtriculo chylus ad oẽs corporis partes iã sanguine facto, vt alimentũ fertur, ita quidẽ *rursum ad ipsũ* ventriculum *per easdem* venas oẽs retrocedit *nec pauca interdũ excrementa per easdẽ venas assa im ex toto corpore excernuntur*, per ventriculũ, ut p terminũ purgationis *sicuti in sanis quoq. sæpenumero per lõgiora inedia sanguis optimus ad ventriculũ nutriendi eius gratia fertur*. Tandẽ *Mẽbra propter sui locationẽ naturalẽ attrahunt*. Vt sunt receptacula talis excrementi attracti, vt chystis fellea, bilẽ flauam trahit; lien verò lutũ, seu fęcem sanguinis attrahit pro depurãda sanguificatione simulq; sanguine. Pituita verò, quia proprio receptaculo caret, naturaliter nõ attrahitur ab vllo mẽbro nisi præternaturaliter à capite calido, ac deinde in pulmonẽ ruit, partimq; manet in ventriculi fundo, quadantenusq; in mesenterio, & pancreo, liene, ac hepate, nec non in ea cauitate, quæ inter ventriculum, ac septum transuersum iacet, transmittitur, non autem attrahitur. Et hæc sunt ea, quæ ad primum fluxionis genus pertinent. Sub secundo autem genere plures differentiæ reperiuntur: Quandoquidem succus prauus in genere venoso, ac toto corpore inexistẽs, à natura rectè operante corporis vniuersalis potissimum cordi implantata, profectò assiduè, ad partem imbecilliorem, defectam, seu ægram, vel rariorem, laxiorem, vacuiorem, ac molliorem transmittitur. Vel parte aliqua potentiori, ac validiori aliquo excremento læsa, aut in se ipsa,

Lib. de causis morb. c. 2.

6. Epid. c. 3. t. 9. 2. De symp. caus. lib. c. 6.

2. 1. de loc. affec. c. 5. & 4. de loc. affect. c. 7. 0. De symp. caus. lib. c. 6. & 2. de loc. affect. c. 3. & 4. aph. 5.

4. De vic. rat. in m. ac. & cont. 07. & 83. & 3. de symp. caus. c. 6. & 2. de loc. affec. 5. & 2. de temp. m. 5. l. c. 2. fol. 17. c. 5. Meth. med. c. 4. & 4. aph. 12. & arte med. c. 86. & 4. de vict. rat. in m. a. cõt. tx. 27. & de cu. rat. per san. miss. c. 8.

2. Prog. 27. & 4. de vict. rat. in m. a. t. 27. 4. De vict. rat. in m. a. t. 27. 4. De vict. rat. in mor. ac. t. 2. Com. 2. progn. 97. 4. De vic. rat. in m. ac. t. 27. 3. De natural. fac. c. 13.

Lib. de atra bile c. 7.

Lib. de oculis pas. 6. c. 1.

7. Aph. 54. Gal. 2. de alim. fac. c. 5. & 13. meth. 5. & 12. meth. c. 20.

13. Meth. c. 5. & de cur. rat. per sang. miss. c. 8.

Membra fluxionem trahentia ob calorem accidentalẽ quinq; modorum generibus calidiora fieri possunt.

Dolorem membri vim attrahẽdi fluxiones cõtinere. Dolor à quibus causis emanat. Ob quas attrahere humores dolor possit.

Propter ingentem siccitatem partes attrahũt.

Alia causa attractionis praui succi, nã omne membrũ à ventriculo alimentum, vt à promptuario in longis inedijs appetendo bonũ alimẽtum per accidẽs prauum trahit.

Ventriculus terminus purgationũ vt Gal. de atra bile c. 4. & c. 7. & 13. meth. c. 3. ex Hipp. 4. de morbis 523. ex Foes. & 1. de nat. hum. t. 18 & 05 & 27. quia etiã medicamẽta ad ventriculũ excrementa attrahunt.

De secundo fluxionum genere recipiẽdo facto. Hip. de nat. ho. 278.

In hoc genere concurrit transmittens vel vniuersale, aut particulare.

ipsa, aut ab aliqua alia parte sibi vicina, ad partem imbecilliorem, aut defectam, aut ægram excrementum id transmittatur ab illa parte potenti: hinc ait Hippoc. *Morbi autem à validissima corporis parte facti grauissimi existunt*, cum partes validissimæ corpus nostrum in vita, ac in benè viuere circa omnes nostras actiones regant, & gubernant. Quocirca aliqua istarum parte affecta, non nisi in nostræ vitæ maximo discrimine versamur: Verùm.n. vero absq. quo etiam humor prauus, à parte aliqua transmittatur interdum fluit in nostro corpore, vt dum crassus, & grauissimus est, ad partes molliores, rariores, ac laxiores, inferiores decumbere potest. Sicuti è contra tenuis, ac leuior sursum se rapere valet. Quæ omnia vtique dilucidare conabor Gal. enim, cũ membri defectum declarare voluerit, quo membri præparatio ad recipienda superflua fit, inquit. *Defectio mẽbri aut naturalis, aut accidentalis: naturalis vt cutis, quam constituit natura defectiuam*, tum quia in ea non est spirituum vnio; tum eò, quòd imbecillitate, laxitate, mollitie, ac raritate plena inuenitur. Reddit verò subinde causam, cur cutis ita naturaliter defecta, ac imbecillis sit, inquiens *vt superflua ab interioribus ad exteriora, à nobilibus ad ignobilia expulsa faciliùs suscipere possit*. Defectiua igitur est cutis, cum sine officio sibi proprio sit; verùm à natura genita fuit, vsus tantũ gratia, sine vllo opere proprio, cum duntaxat indumentum sit comune cunctis partibus. Deinde verò aliam partem declarat, inquiens *accidentalis, vt ex infirmitate præterita*, præter naturam, à morbo enim præterito membrum defectum, ac imbecille manet, tum intemperatum, tunq; materia occupatum: hinc suo assueto virium robore priuatum manet; vt caput, pulmo, hepar, ventriculus, lien, renes, vesica, ac Mulierum vterus, ac reliqua in corpore nostro membra. Verùm ait Gal. fluxionis morbis subiectum frigidum, ac humidum temperamentum esse, vt spiritu roborẽ faciente defectum. Præterea ait Gal. *Deficit etiam pars interior, vel quod non subministretur alimentũ, quæ res ad tabem perducit. Vel quod subiecta carnis scalpelli opera plùs iusto excisus fuerit, vel quod putrescens absumatur*. Aliqua itaq; membra, dum aliqua particula carent, amputata defectiua sunt: vt caput sine oculo, sine auricula, & manus sine digito. Verùm Gal. secundum modum, quo partes aptæ adfluxiones recipiendas euadunt, enarrauit *Raritas membri, vt teneritas mammillarum, & inguinum*, hæc enim membra ab Hipp. spongiformia, seu spongiosa vocantur, apta quidẽ ne dum excrementa recipere, verùm etiam retinere, dum exarauit. *Spongiosa autem, & rara veluti lien, pulmo, & mãmæ propè admota maximè exurgunt, eaq; præcipuè accedente humore indurescũt, & augescunt*. In ipsis nanq. partibus quatuor sunt, raritas, mollities, inanitio spatiosa, ac paruitas teneritate percepta. At verò humore in ijs copiosè recepto, ibi densitas, durities, repletio, & amplitudo necessario fieri debet; vt in gladulis omnibus mollitie, laxitate, raritate, ac teneritate plenis, est videre, aptis in magnitudinem augescere: cum tantò linguæ substantia glandulę molliores, laxioresque sint, quanto lingua mollior, laxior, atq; rarior carne musculorum existit, ex quo Glandulæ superflua facillimè recipiuntur, ac retinent. Hinc pulmo, lien, mamınæ, pancreon, ac mesentereon facillimè humorum fluxione replentur, densantur, durescunt, simulque grandiores euadunt. Quam sanè ob rem Gal. à natura substantiæ partium ex Hipp. decreto indicationẽ desumẽdam esse, ait, simulq; à formatione, & figuratione, vbi ait. *Affectæ partes, in quibus fluxionis superfluitas retinetur: nonnulla quidem rara, & molles natura existunt, nonnulla aũt densæ, & crassæ, ac dura. Priores igitur facilè euacuantur*, quia non ita tenaciter retinent, vt aliæ, *reliquæ verò* nõ facilè euacuantur *atq; eò etiam magis, quanto profundiorem situm habuerint*, & alio in loco ait. *Ac formationes hoc modo* ibi enim ait potissimum pulmonis formationem rariorem esse, postea lien. *Contra verò renum densissima, & post hanc hepatis caro: splenis verò caro quanto densior est carne pulmonis, tanto hepatis carne rarior: In omnibus igitur his, quæ neutra ex parte habent cauitates, quæ superfluum fluxum excipiant, fortiter exsiccare oportet*. De ventriculo itaque, cum ipse cauitatem amplissimam contineat, cum proinde Hipp. spongiosis partibus assimulat, hoc modo, illicò post iã dudum allata verba. *Neque enim si in ventriculo humor insit, eumq; foris contineat, & singulis diebus euacuetur, verùm cum cum in se ipso receperit, cumque vacua, & rara, ac parua* ventriculi substantiæ *penitus imbiberint, pro raro, & molli durus, & densus euadit, neque concoquit, neque emittit. Istaque illi ex figura, & natura contingunt*. Verùm Galenus etiam ex sola humoris inclinatione, sine alia parte transmittente, etiam fluxionem humoris ad situalem positionem coindicantem esse affirmat, inquiens. *Propter situalem positionem, sicuti si inferiùs locatum fuerit; Humores enim ad corporis inferiora maximè descundunt*. Verùm bilis flaua, cum leuis sit, sursum attollitur. *Cum itaque hic mordax humor fuerit amarus, pallida, & flaua bilis appellatur, quæ ob naturalem leuitatem ad ventriculi os sursum fertur*. Et alibi tum de graue descendente, tum de leue ascendente, in particulari ait. *Quia verò ad inferiora decliuat hic humor* nimium melancholia *non sine ratione ipsum iubet per ventrem inferiorem, sicuti flauam bilem per superiorem, cum sit leuis humor, & sponte continuè fluit, et, &c*. Melancholia enim sua grauitate, & in hæmorrhoidas, & in varicosas crurum venas descendit; vt laxior, ac apertior locus inferior eam recipit melancholiam. Verùm non minus descendit pituita, vt in leuco phlematia, seu anasarca, aut hyposarca, ac etiam humor aquosus, vt in ascite vsu venit. Hæc itaque omnia Hippocrates respiciendo ait *viscerum vacuitas: sursum inclinatio, deorsum inclinatio &c*. Aduerte autem, ex parte humorum fluentium, fluxionum vitijs obnoxios esse calidos, ac humidos. Præterea aduerte, vbi est fluxio diuturna, ibi non

vnicam

Interdum verò transmittẽs nõ cõcurrit, sed humor sua natura leuis, aut grauis, vel ascendit, vel descendit.

L. de oculis par. 6. c. 1. in fine.

Ob membri defectum fluxio transmittitur.

Cutis [illegible] naturaliter defecta sit.

Defectum accidentale mẽbri, ad quod fluxio cacochymiæ [illegible]

Fluxionis morbis subiectum temperamentũ [illegible] frigidum & humidum [illegible]

Aliæ causæ ob quas mẽbra defecta euadunt

Alij [illegible]

Partes spõgiformes aptæ sunt fluxionẽ recipere & ad eas partes facile fluxio cacochymiæ [illegible]

Vide circa hoc de cur. rat. per san miss. c. 8.

Indicatio à formatione partis.

Partes quę difficilius recipiunt excrementa difficilius quoque ab ijs excrementis liberantur.

Quæ partes facilius aut difficilius recipiunt.

Vẽtriculus cũ [illegible] spõgiformis è hinc in eo [illegible] fieri potest ex Hipp.

Ex sola succi inclinatione fluxiones ad aliã partem sine [illegible] membro mandante fluxio fieri põt ob situalem positionẽ.

Ex Gal. Melancholia & succus atrabilarius cum sua grauitate facilè descendat, per aluum purganda: flaua bilis vero sua leuitate, quia facilè ascendit, ideo p vomitũ educenda.

Primum notandum.

A

Lib. de oculis part. 6. c. 1.

11. Meth. c. 18.

De nat. hom. 278.

Com. 4. aph. 9. & 1. de alim. fac. c. 5.

Ibidem.

2. De comp. me. 5. lib. 1. de ijs q ex stomacho capiti dolent

Lib. de oculis part. 6. c. 1.

De bon. & m. succorum c. 10. & com. 5. apho. 69. & 21.

Lib. de oculis part. 6. c. 1.

De caus. morb. 1. 6.

B

3. De anatom. administ. c. 1.

Et 8. de vsu partium c. 1.

De oculis part. 6. 1. c. 1.

6. De san. tuen. c. 4.

In lib. Hipp. de effic. Med. c. 2. & 12.

Lib. de oculis part. 6. c. 2.

De prisc. medic. 26 ex Foes. et Marinel. vero f. 6. pa rt. 40.

Vt Hipp. lib. de Glandulis, & Gal. 3. de alim. fac. c. 6.

C

13. Meth. c. 6.

2. Ad Glauc. c. 2.

Arte medica li c 95.

2. Ad Glauc. c. 2.

De prisc. Med. p. 26 ex Foes et Marinel. fol. 6 part. 40.

D

Lib. de oculis part. 6. c. 1.

3. De locis affect. 1. loc. c. 9. 215 dit. D.

4. Aph. 9.

Lib. de atra bile cap. 4. & 1. ad Glauc. c. 10. & alibi.

Lib. de humor. pag. 58.

5. De san. tuen. 12. & 6. de san. tuend. c. 1.

A vnicam adesse intemperiem. His autem statutis memoriæ semper tenere debes, in fluxionibus simpliciter magnis, seu morbos magnos gignentibus inflammatorios impropriè, ante medicamentum purgans, venam secandam esse, vt Hippocrates, & Galenus iubent. Cæterùm si istos humores fluentes tam inclinationem firmam, ac determinatam habentes, ad aliquam partem, quàm etiam in eadem parte stationem infixam accipere incipientes, alijs quidem humoribus propriè turgentibus comparaueris, semper longè plùs purgare expedit, tum quia vehementiùs retrahenda illa fluxio, quàm alia turgens, vt fluxio est; tum etiam quia subinde incumbendum est quoque humori iam fluxo, & in parte læsa collecto, quod in ijs turgentibus non euenit agendum: Vlteriùs plùs longè purgandi humores per modum attractionis fluentes, quàm per modũ receptionis motu peccantes; velocior enim motus primus, quàm secundus introspicitur. Porrò adhuc eò, quod maior attractio in dolore fit, quàm à calore, & à siccitate, hinc vbi dolor vehemens aderit, ibi quoque ita fluxio vehementiùs mouetur, vt etiam interdum vsque ad animi deliquium cacochymiæ purgatio fieri conducat, vt affirmauit tum Hippocrates, tum Galenus, inquiens. *In maximis inflammationibus, & vehementissimis doloribus nullum maius noui remedium, quàm vsque ad animi defectionem, euacuare adhibita distinctione, an mittere sanguinem, an purgare oporteat vsque ad animi defectionem.* Attamen talem euacuationem non laudo, cum ex ea multi perierint 9. Meth. capite 10. ad animi defectum factam. Mediocris autem vacuatio tum per sanguinem, tum per aluum facta, dolorem soluit. At verò ad humores in caput ascendentes, & fluentes reuellendos, Hippocrates, & Galenus valdè, & frequenter deorsum purgant, vt iam capisto in exemplis, primã fluxionis lationem comprobantibus dudum vidisti, ratione præstantiæ partis, à fluxione, læsæ reparãdæ, vt est cerebrum functionibus hominis principalibus destinatũ.

4. De vict. rat. in m. a. t. 23. & 28. Ibidem & com. 3. de vict. rat. in m. a. t. 38.

Tertium speculatione dignũ. Quintum notãdum vbi plus et vbi minus purgare conuenit.

Quintum notandum. Sextum notandum.

2. Aph. 23. Ibidẽ in com.

B

Septimum notandum. Octauum notandum.

8. De vict. rat. in m. ac. com. 31.

C A P V T VII.

Sexta humorum differentia patefit: Qui humores sani existunt, impropriè turgentes, validèque purgandi.

Conexus.

C QVoniam in præcedenti capite, iam ostensum est, humores, motu definito, peccantes, morbi magnitudinem cacochymam prodocere potẽtes, vel morbificos esse, aut sanos; ac etiam cum priores humores iam vberrimè patefecerimus; nunc itaque posteriores explanare deuincimur: In ossium enim fractura, in sugillatis, in articulorum magnis luxationibus, capitisq́; ac aliarũ partium vulneribus, ac neruorum puncturis; corpore omnino totis, ac omnibus sanguineæ massæ humoribus penitus, penitusq́; sanis existentibus, nihilominus à partibus læsis, tum suo calore vehementi facto, tum suo quidem dolore, isti humores ita sani attrahuntur. Quocirca sua fluxione magis, magisq́; partes læsas, ita magnis morbis afficere valent, vt nisi eorum euacuatione reuellantur, seu deriuantur, tum sanguinis missione, tũ humorum etiam sanorum purgatione, in postremum vitæ suæ discrimen quidem inducti ægri introspiciantur. Ex quo sanè patet, malè eos viros putasse asserentes, purgadum non esse, nisi vel materia turgeat, vel concocta fuerit materia; Cum etiam sanos, & copia non peccãtes succos extrahere cogamur: vt ex Hippoc. decretis & Galeni confirmatiooe id facilè demonstrare valebo. Quandoquidem Hipp. in ossium fractura, ac syderatione partium infernarum, ait, *Vbi autem febris abest, per superiora, vt diximus euacuandus est: quieumq; item continenter non febricitat.* Cum ante dixerit, *Melius etiam erit, vt veratrum bibendum, aut eodem die, aut postridie exhibeatur, tertio verò die soluatur, ac rursus ligetur,* & ait Gal. *Non solùm ea ratione, vt excrementa expurgentur, veratrũ bibendum tradi iubet, sed etiam vt reuellantur* & alio comento inquit. *Nos tamen illud neq, etiamsi nulla adeßet febris tradere aciderernus, &c.* cum antea dixerit. *Censet autem veratrum dandum antequam inflammatione partes affectæ laborant.* Tamen Gal. timet, ne suo ingenti calore, veratrũ album noceat. Ideo contentus est Gal. aliquo alio minus calido, quia ait *morbi magnitudinẽ ad purgationis indicationem considerat* nempe Hipp. *Purgatio inquiens per aluũ plurimis vlceribus prodest: præterea vulneribus, quæ in capite accepta; item & articulis &c. et quecunq; deliganda sunt, per aluũ purganda sunt,* quæ omnia confirmat agenda, vt optima, & alibi in ossium fractura habet. *Porrò monstrabitur & quòd venam incidere interdum oportet, & per ventrem superflua expellere,* nempe vbi morbus magnus indicauerit; tum sursum, tum deorsum, sicuti occasio postulabit: Et alio in loco in nerui punctura, inquit. *Tutius verò fuerit totũ corpus sanguinis missione inaniat, vti q; si fortis sit virtus, si verò vitiosis succis repletum corpus sit, protinus purget.* Vitiosi aũt non simpliciter, cum ibi ante nerui puncturã humores sani omnino fuissent in homine penitus sano, sed cõparati cũ sanguine, ac prout purgandum totum corpus sit à superuacaneo humore deinde læsa particula, nempe ante quamcunque particulam affectam, & ait. *Etenim nisi priùs quod ex ipsis redundat, aut sanguinis missione, aut purgatione detraxerit quispiam voluerit duntaxat foueret, hoc est, vsus calidioribus medicamentis illos discutere, plus sanè attrahet, quàm per cutem euacuetur.* Ideoque

Aliqui notãtuũ putantes tãtũ purgandos esse humores prauos, aut turgentes, seu concoctos, cum ẽtin sanis purgandũ sit.

Lib. de fract. com. 2. t. 29. T. 27. eiusdem libri.

Idem Hip. li. cochlico p. 889. in luxatione & in casu ab alto p. 888. & quibus ex ossium fractura, vel vulnere, vel in alta vel in femore, vel ex neruorum dissolutione in recta desceniua coru ac in syderatione veratrũ præbet si febris abfuerit.

Cont. 27.

Cont. 29.

D

14. Meth. c. 6.

6. Meth. c. 6.

Hip. in epist. ad Heracl. p. 1358. certiores autem sunt per veratrum purgatione &c.

6. Meth. c. 2.

Quẽadmodum punctura neruorũ hominis in reliquo sani, humores vitiosi esse possint magnitudinẽ morbi cacochymam gignentes.

6. De com. med. s. l. c. 2. & 4. met. c. 4. & de reme. paratu facilibus c. 6. f. 154. f. In 6 epid. cap. 4. cont. 30.

tum ob morbi magnitudinem, tum gratia rectè curandi topicis medicamentis, talia corpora purganda sunt, potissimùm verò reuellendi studio. Neque quis mihi objiciat, inquiens, Galenus ait. *Quomodo totum corpus præparare ad curationem affectum circa quamcunque partem consistentium oporteat. Etenim venæ sectione vtimur, & purgatione, & clysteribus, ac inedia, vbi totum corpus apparuerit, aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia vitiatum: Si verò neutrum horum adsit, statim ad curationem per localia remedia peruenimus.* Nam ob priorem rationem, quæ principalis est; vbi enim imminet morbi magnitudo cacochyma, ibi perpetuò purgatio ventris fieri expedit, nihil sanguine peccante, nihilque cacochymia peccante, vt Gal. ait, *illico dum dolor hominem prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsum sit, vel alius quispiam articulus contractus, reductusque sit.* Idem quoque *in casu ab alto, & in plaga*; sanguinem mittit nullatenus sanguine peccante, idem intelligendum venit etiam de purgatione; & si neutiquam humores peccarint. Quot enim humores vnà cum sanguine educuntur, vt Gal. sanguinis missione, tot etiam purgatione ventris expurgantur, & Hipp. lib. de vlceribus 899. ait. *Inferiorem aluum purgare conuenit, tum etiam vulneribus capitis, & ventris, & articulorum, & quæ deligationem postulant.* Vnde dico corpus sanum, vel vt nunc, vel vt simpliciter est; corpora ideo sana, vt nunc, etsi non vt simpliciter sana sint, vt excrementosa aliquo modo, de quo modo intelligit Gal. vbi ait. Si corpus humoribus, malitia peccantibus refertum non fuerit, ad topica remedia accedere valeamus. Vnde intelligit quòd ne dum actu sit sanum, verùm nec etiam in potentia proxima sit ad ægrotandum. Mihi autem satis est, hominem ante plagam, ante casum ab alto, ante puncturam actu sanum fuisse, vt nunc. Tandem corpore puro existente, nullo dolore existente possumus illico topica adhibere; at verò in corpore, humoribus puris, ac sanis decorato; dolore superueniente magno; eos humores puros ad particulam attrahente, nisi humores eos puros, ad fluxionem paratos euacuerimus; in parte dolenti inflammatio, ac phlegmone vtique fieret, ægrotantis vitæ graui periculo. Vnde ea Galeni autoritas simpliciter intelligenda est; quæ ad dolentem verò vehementer particulam relata, non est vera.

Obiectio.
Solutionis fundamentum primum.
Fundamentum secundum.
Tertium fundamentum.
Solutio.

A
6. De com. med. 3. locos c. 1.
4. De vict. rat. in morb. acut. t. 19.
4. Meth. c. 6.
6. Epid. com. 2. cont. 18.
6. Epid. com. 2 cont. 11. & com. 2. aph. 37.
B
6. De comp. me sec. loc. c. 1.
6. De com. med. 5. l. c. 2.

C A P V T VIII.

Septima humorum differentia exploratur: quæ reperitur, vbi humores actu non mouentur, attamen cum potentia passiua fluxiles sint, ideo purgandi veniunt.

C

Contextus.



Mnibus autem cacochymiæ declaratis differentijs tum nihil actu, nec potentia fluxilibus, tum actu fluentibus. Nunc ideo illam enucleare differentiam par est, in qua succi, etsi actu non moueantur; attamen potentia moueri valent. Vnde purgandi sunt: At vero quoniam hi humores in duplici inueniuntur genere: vel etenim potentia passiua mobiles quatenus concocti existũt, vel vt crudi omnino sunt, attamen cum tenues sint, fluxiles introspiciuntur, vnde facilè educuntur: Cum itaque horum succorum primum genus in suas diuisum differentias cap. 3. & 4. explanauerim. Proinde nunc aliud secundum genus enucleare deuincor. Cæterum quia genus id tres continet differentias, cum hi succi aquosi, & biliosi, & ichorosi reperiantur; idcirco eas tres seorsum distinctas differentias tribus capitulis dilucidare conabor. Primo nanque serosos vt nobis notiores, postea biliosos, denique ichorosos patefaciam succos; qui omnes procul omni dubio absque vlla eorum præparatione statim purgandi veniunt, cum à morbi magnitudine cacochyma præsente, vel incipiente, aut imminente hæc horum humorum per se purgatio molienda indicetur: Nam licet Galenus dixerit. *Qui verò parte corporis quapiam firmati, impactique sunt, eos nec medicari, nec vllo alio auxilio mouere oportet priusquam cocti fuerint* in morbi declinatione: Attamen cum id de crudis vndique intendat succis, quos cap. 2. declaraui, qui nedum actu, at vero quoque potentia immobiles sunt, ac solutiuo pharmaco rebelles: non autem eos comprehendit, à me nunc enucleandos; qui ceu tenues facilè pharmaco solutiuo educuntur, in morbi magni exordio, vt ait Galenus ac potissimum serosi, seu aquosi appellati educũtur, tum quia exonerata ab eo pondere natura succi copiosi calorem naturalem grauante, eo magis cæterorũ humorum coctionem, & expulsionem ingredi valet, vt iam cap. 4. in 4. ratione ostensum est, tũ eo quia mutationes magnorum morborum, tum acutorum, tum cronicorũ in melius fiunt, antequam morbi ij augescant: vt eodem cap. 5. rationem iam diximus. Hipp. verò vltra melancholiam, quæ sanguinis lutum, ac fex conspicitur, etiam aquam, ex potu nimio in corpore ortam, lienem attrahere asseuerauit. Vnde aquæ sedem lienem quoque esse statuit: cuius aquæ in liene residentis Hippocrates ita meminit. *In ventriculum, & vesicam repurgatio fieri potest. Hæc autem nisi fluida fuerint, & foras periolentur aquæ de liene ad inferiores partes fertur, &c.* Deinde inquit. *Morbus enim grauis est, & ex quo pauci euadunt, Aqua intercus ex liene, &c.* Hanc aquam verò à

Obiectioni opponitur.
Lien atræ bilis sedis de intern. affec. 574. & 575. lienatræ bilis sedes Hipp. lib. de hum. p. 61 3. & 2. prædictorũ 309. 37. ac etiã aquæ sedis 4. de morbis 505. & 506.

D
4. Aph. 1. & 4. de vic. rat. in m. a. t. 23. & 2. aph. 22. & 1. prog. com. 12. & 6. epid. c. 2. com. 3
Gal. com. 2. aph. 29. & 2. epid. com. 2. t. 45. & 3. 2. de vict. ratio m. a. cont. 11.
Hipp. de loc. in hom. p. 419. & com. 1 prorrhét. 82.
4. De morbis p. 505. & 506.
De Intern. affe. 569.

A principio sine vlla præparatione euacuat. *Hunc ita habentem per exordia curato. Veratro supra exhibeto, infra verò eneoro, hyppophaes sueco, aut grano cnidio, & lacte asinino ad heminas octo melle affuso.* De aqua verò intercute, liene non læso ex aqua pluuiali stataria copiosissime epota, ætatis tempore ex longo viæ itenere exorta sempiternis monumentis medicinalibus profuit. *Hunc cum sic habuerit, cneorum quidem sexto die, hyppophabis verò succum octauo, & granum cnidium decima.* Hic autem tria, notatu digna exploratum habeas. Primo circa exordia ea aqua celeriter educenda priusquam ea aqua hepat viciet, ad aliam nouam aquam gignendam. Ideò purgat ter, ac per secessum, cum dixerit alibi. *Aqua inter cutem laboranti, qua in venis est ad aluum erumpente, soluitur morbus.* Ideoque per rectam naturæ operationem à sexto ad decimum diem, ter deorsum purgat. Secundo autem perpende, hydropem morbum quidem magnum penitùs, penitùsque cacochymum cronicum esse. Vnde in eo etiam vigesimo die exordia habentur, sicuti in acutis simpliciter vsque ad quartum diem initia existunt. Verùm aqua ista ne dum purgantibus medicamentis educenda. Verum etiam cum succus fluxilis sit, ventris perforatione, ac pudendorum, ac fęmorum incisione vacuatur; Sed Oribasius etiam hanc veritatem affirmat. *Siquidem inter initia morbi, tenues, & aquosos humores euacuabis. Vbi crassi, ac tenaces fuerint, quales suapte natura sūt pituita, & nigra bilis, concoctionem expectabis.* Et alio in loco habetur. *Et crudos quidem, ac tenues*
B *à principio morborum euacuare oportet. Expectare verò oportet concoctionem in crassis, & glutinosis humoribus, sicuti est phlegma, & cholera nigra.* Quocirca ex ijs autoritatibus ne dum aquosi; verū etiam biliosi flaui in principio educendi sunt licèt biliosi lenientibus tantùm euacuandi sint nō autem solutiuis, vt in differentia octaua videbo, cum bilis minera valde acutorum, ac vehementer magnorum morborum sit: in pituita verò, ac melancholia, & atra bile coctio expectanda semper est; nisi dum in ventriculo fuerint, tunc enim educendi ita crudi sunt, vt in differentia 11. videbis: Verùm isti aquosi magis crudi etiam appellātur, qui grano cnidio sua natura igneo, & aeri purgantur, vt etiam ex Hippocrate dudum vidisti. In pulmone verò iacentes, ac infarcti ij tenues, & aquosi euacuari nequeunt nisi difficile ait Gal. Vnde perpetuò *noxam sequi, siue in pulmone humores isti remaneant, siue euacuentur.* Cum probe euacuari nequeant à pulmone, neque per tussim, nec medicamento, nisi difficulter.

Ibidem.
Eodem li. 570.
Coace prænot. 461. p. 152.
De intern. affe. p. 568.
Li. Gal. attributo de ijs, quos purgare oportet 88. F.
Galenus.
2. De dynamidijs c. 4. f. 20. D.
3. De dynamidijs f. 21. F.
6. Epid. com. 3. com. 18. ac 3. de vict. rat. in m. a. com. 22.

Primum dinota tu dignum.
Secundum notandum.
Tertium contē. platione dignū. Oribasius.
Humores ī pulmone residētes ēt si tenues essent eduti medicamento nequent.

CAPVT IX.

C Octaua cacochymiæ differentia perpenditur: quæ reperitur quoties humores biliosi sint, sua potentia passiua mobiles, sine præparatione euacuabiles.



NE dum aquosos quidem humores, verùm etiam bilem flauam, sua tenuitate, & fluxilitate circa morborum exordia, nulla coctione expectata purgandos esse, iam satis demonstratum fuit, præcedenti capite: Cum itaque de aquosis iam vetam sententiam patefecerimus: Ideo superest, quòd de biliosis, flauis doctrinā aperiamus. Quandoquidem Hippocrates, in morbis valde acutis, vehementerque magnis, ait quòd neutiquam valida solutiua cholagoga conueniunt, vt est scamoneon, vt cap. 4. & 6. vberrimè ostensum est. Sed in ardente febre, per vomitum bilem educit, & infusis per aluum, eam subducit: auxilio lactis asinini, quia ait. *Verùm si ad hæc non soluatur lacte asinino cocto purgabis.* Cum medicamenta purgantia penitus acria, & calida sint, vt ait Galenus in commento contentus erat Hippocrates lacte eo ventrem leniente, eum ei lenientia tempore nostro in vsu adhibita occulta fuissent. Vnde lacte eo, quoque refrigetabat, ac humectabat,
D atque bilis acrimoniam, amaritudinem, ac tenuitatem obtundebat. Idem quoque Hippocrates fecit in pulmonis tuberculo, inflammatione cum pure; cum dixerit. *Lacte asinino cocto aliquantulum purgato.* Neque medicamentum purgans in febre ardente cacoethe præbet, quæ in pulmonis inflammationem transire potest: *Aluus verò curanda, & si quidem, quæ in ea continentur non subeant, subluenda, & per infusa quàm frigidissima, vel quotidie, vel tertio quoque die refrigeranda.* Sicuti etiam in tertiana peracuta, & mali moris in quarto die facta agendum est, vt cap. 4. in seprimo exemplo in notatu: Medicamenta enim ignea non danda, ob vehementissimam febrem, Nā si in hydrope quoque sine febre, ad acrimoniam, & calorem medicamentorum solutiuorū corrigendam *lacte asinino ad heminas octo melle affuso* vsus fuerit, vt capite præc. d. iam vidisti, vbi affectus frigidus erat: ergo longè eò magis vbi calor igneus vehementissimus, à medicamentis ijs igneis nos cauere tenemur: Ideoque in lateris dolore vehementer in igno, valdeq; acuto, vt alibi iam statuerit, tantùm enæmate contentus fuit: Cum exararit. *Ventrem verò subducente, ac refrigerante clystere eluere oportet: hoc enim omni morbo conuenientissimum est.* De valde autem acuta, ac vehementer magna febre tertiana etiam ait. *Æstate hæc contingunt febris vehemens, & sitis detinet, quidam bilem vomitione reijciunt, quibusdam etiam per inferiora secedit. Quibus quodcunque*

tibi

4. De vic. rat. in m. ac. com. in fine.
4. De vict. rat. in m. a. t. 28. & 32. & 4. aph. 30.
4. De vict. rat. in m. a. t. 6. T. 7.
De intern. affe. 551. & 552.
De affec. 530. & 531.
2. De morbis 466.
De internis affect. 569.
4. De vict. rat. in m. a. t. 31.
4. Aph 10.
De affect. 529.
De affectionib. 531. 461.

Conerus. Galenus.
Hipp. in morbis valde acutis, vehementerq; magnis, ad refrigerandū, & humectandum totum corpus, ad bilē vacuandam, et ad bilis acrimoniam amaritudinem ac tenuitatem, & leuitatem obtundendā. lac asininū coctū sali melliquue mixtum præbebat.
In hydrope ad medicamēti acredinem, & igneitatem contemperandā lac asininum melli comisto præbebat Hipp.

tibi conueniens esse, videbitur, potui vel sorbendum dato. Quod si bilis, vel pituita circa cor vrgeat aqua frigida, aut mulsa epota vomendum; & si venter infra non subeat infuso, vel glande vtendum, vt cap.5. iam dixi in duodecima autoritate Hippocratis primam fluxionum lationem comprobante; sicuti de cholera etiam iam dictum est ibidem, in tertiadecima autoritate. Verùm aduerte quòd Hippocrates in eo morbo, qui *ex bile oritur*, & à quo ægri *liberantur ferè septimo, vel nono die* ait *si eum febris detineat, neque per inferiora, neque per superiora purgantur, totumque corpus laboret, tertio, vel quarto die leui medicamento, vel potione per inferiora purgandum*, nempe lacte asinino cocto, ac melle affuso, ad octo heminas exhibito, non autem veratro per vomitum, nec alio igneo solutiuo deorsum purgante: Verùm nec etiam in cardialgia actu vigente, lac dandum, nisi elapsa accessione, sedatoque symptomate. Tandè in valde acuto, ac vehementer magno morbo deorsum tantùm purgat lacte asinino cocto *bibetque heminis duodecim non minus, & si virtus tolerauerit sedecim magis*. Cæterùm in simpliciter magnis, & simpliciter acutis morbis, à bile ortis, circa initia, solutiua medicamenta præbuit, vt cap.4. & 5. iam demonstratum est; Quoniam in ardenti putia, inquit. *Hac febris ardens nominatur, iudicatur ferè die vndecimo, & decimo quarto &c. quàm citissimè medicamentum purgans exhibeto, siue sursum, siue deorsum, tibi eo opus esse uideatur*, immo etiam si febris non fuerit, sed immineat medicamentum præbet. *Si uerè febris quidem non detineat, os amarum tamen habeat, corporis grauitas adsit, cibumque minimè admittat, medicamentum exhibeto*, & postea *cum febris tertiana detinuerit, si quidem impurgatus esse tibi uideatur, quarto die medicamentum purgans exhibeto*. Præterea in tertiana febre idem fecit, vt cap.4. iam dixi, in septimo exemplo. Ac in causonide alio, seu febre ardenti simpliciter acuta, vt cap.4. iam statui, in quarto Hipp. loco ad principium. Verum, tametsi principaliter hic de bile flaua educenda agam in morbi magni initijs, vbi sæpè morbi vehementer magni emergunt, & vbi syr. rosa. sol. aur cassia vnà cum sero captino deputato purgamus: attamen pro hoc nostro penitus decorando promptuario, hic etiam non modo alios biliosos accipiam succos, quarto die educendos in morbis simpliciter acutis: At vero quoque alios complectar humores, qui acutos ex decidentia gignunt morbos, ac alios tenuatos atrabilares, quos in morbis cronicis circa initia Hip. purgat. Quæ initia longè vltra quartum diem extenduntur, vt in quartana; veluti cap.4. in secundo Hippocratis exemplo sine vlla alterantium præcedente preparatione: sicuti etiam Galenus fecit in alephantiasi, In cancro, ac in alijs affectibus melancholicis, Verùm aduerte in principio morborũ Hippocratem & Galenum tantùm subpurgasse; existente ea coctione media iam statuta cap.4. inchoatiua, ac in morbis cronicis quidem, tum rationibus ibidem allatis, tum etiam vt liberatis primis vijs ab excrementis, vt securiùs præparantibus subinde vti valuerint. Idem quoque in pituitoso excremento exploro. Nam Hippocrates ait. *Cum pituita alba detinet, totum corpus tumore albo intumescit &c. Huic medicamenta deorsum purgantia exhibenda, quibus aqua aut pituita purgatur*. Cæterùm aduerto in his humoribus euacuandis circa initia, Hippocratem purgantia ignea in minima quantitate præbuisse, addito etiam lacte asinino cocto octo heminas potui superbibendo, vt in eo morbo, ex pituita, ac bile, commixtis, oborto, vt c.4. in 5. Hippocratis exẽplo patet, & vt apparet in hydrope rectè curando, ex liene affecto genito, vt iam dudum in præsenti cap. dixi: Quod quidem fecit, non nisi, tum pro obtundenda nimia vi medicamentorum, à quacunque corporis parte æquabiliter attrahente, ne scilicet adeo solutiua esset ea virtus, immo lenitiua ventris, & potiùs primæ regionis, quàm secundæ; tum etiam ne medicamentum igneũ calfaceret, neque exiccaret. Præterea etiam aduerte in his crassis humoribus, etiam tenues commixtos adesse, vt melancholico biliosus, vt Gal. ait, & melancholiæ aqua, vt Hipp. Vlteriùs cum pituita, bilis commixta, vt Hip. in tertiana notha, in qua longè plus pituitæ, quàm bilis repetitur, etsi actiuitatis ratione bilis præpolleat. In crassis morbis similiter, cum pituita aqueus humor adest, vt cachexiæ contingit ante propositæ, cum ibi Hippocrates proponat, vel ea solutiua, quæ aquam educunt, vel ea, quæ pituitam purgant. Verùm pura bilis priùs sursum, posteriùs deorsum purganda est: si priùs tamen, per vomitum vergerit; sin minùs; immo solùm post aluinam purgationem molitam si ad vomitum inclinauerit, per eundem locum educere debet. Sic etiam si vnà cum bile pituita commixta sit, vel sola pituita fuerit; verùm de hac te satis cap.6. dictum est. Denique in lassitudine vlcerosa acres, mordacesque humores sine adæquatione purgandi sunt, sicuti etiam in morbis hi vt vitiosi euacuandi sunt. Cæterum nostro æuo eos biliosos purgamus succos syro. rosa. solu. & cassia, vt antea dixi.

Notatu dignissimum.

In cardialgia elapsa, purgabit leniore mitissimo Hipp.

In morbis verò simpliciter magnis, & acutis Hipp. solutiua pharmaca circa initia dabat.

Humores atrabilares, & melãcholici magnos morbos cronicos gignentes circa initia hos, ita morborum inchoatiua facta coctione.

In morborum principijs subpurgabãt. Hip. & Gal. non aũt omnino purgabant.

Idem in pituitosis morbis magis agendũ est. Hipp. purgãtia lacte asinino castigabat, vt lenientia arte efficeret, in principio vtenda.

In omnino crassis pituitosis, ac atris coctio expectanda vt c. præce. ostensum est.

Vbi verò quadãtenus tenui si seu cocti coctione innatiua aut mixti tenuibus eos crassos, vt vehiculis ducentibus, tunc circa initia morborũ educendi.

A

532.

2. Ad Glauc. c. 14.

4. De vict. rat. in m. acu. t. 87.

De affect. 532.

B

Eodem lib. 533.

2. De morbis p. 466.

4. De vict. rat. in m. acu. t. 38.

De curt. rat. per san. mis. c. 20.

2. Ad Glauc. c. 10. & 11. simph. med. fac. c. 8.

C

De affect. 531.

De internis aff. 586.

De internis aff. 569.

Gal. 11. de sim. med. f. c. 1. & 2. ad Glauc. c. 10. Vt c. præced. dictum est.

De loc. in hom. p. 421.

De inter. affec. 586. 597. 588.

De affect. 533.

D

4. Aph. 9. & 4. de vict. rat. in m. a. t. 6. & t. 7. & 2. ad Glauc. c. 9. Gal. 1. ad Glauc. c. 14. & 4. de tuen. san. c. 4.

Ibidem c. 4.

3. De san. tuen. c. 10.

CAPVT

A

CAPVT X.

Nona cacochymiæ differentia declaratur.



Vperest autem quòd succos ichorosos explanemus, vt c.8. propofuimus. Cum etenim omnis humor nostræ sanguineæ massæ suum ichorem, quem serū quoque, atque saniem vocant, possideat, qui vtiq; eius pars tenuior mobilior, fluxiliorque habetur: Qui sanè ichores excrementa deteriora perpetuò existunt: Ideò, vt ait Galenus ex Hippocratis decreto, corpora nostra semper ab ijs ichoribus prauis liberari debent: Quoniam nō solum nihil nutrire valent, vt acres, & omnino praui: Verùm etiam praua symptomata efficiunt. Tametsi sanguinis ichor cæterorum omnium ichorum mitissimus sit. Pituitæ autem naturalisque dulcis ichor parùm infestus se habet: timiditatem nanque parit: ac torporem, ob eius frigiditatem: si verò pituitæ salsæ,

B aut acidæ fuerit, tunc sanè, & vigiliam, & animi perturbationem, seu motū cum terrore, ob eius malignitatem, efficere valet, ait Galenus: Ichor verò vitreæ pituitæ, quā Paxagoras crudum succum appellauit: pauorem solum, torporem, ac frigus efficere potest: Flauæ autem bilis ichor valde infestus, ac prauus est: At vero longè infestissimus atræ bilis ichor est, pro vt illi acres, mordacees, ac erodētes sint. Isti verò acerrimi, ac erodentissimi: Vnde licèt ambo vigilias, ac animi perturbationem, ac motum cum terrore, vt maligni, efficiant, & mæstitiam, ac timorem: Neenon delirium, & phrenicidem, & furores: Nihilominus vehementiora symptomata atræ bilis ichor produeit, quàm flauæ bilis ichor faeit. Perpende autem quòd, etsi ad eutim potissimùm tenues peruenire possint humores, & erosionem efficere valent. Præterea, ac tumores efficere possunt, ijs enim à partibus exiccatis, attractis, dolores acutos excitanc, à quibus postea vehementer attrahuntur humores, vt cap.6. iam dictum est. Attamen Galenus, vt antea dixi, ex Hippocratis decreto, eos considerauit in relatione ad affectiones magnas, quas in eapite gignunt, cum ij lenius, ac faciliùs caput lædunt, maximè in febribus magnis, & acutis. Quam certè ob rem loco lenientium, quibus vtebatur Hippocrates, vt cap.9. iam dixi; securiùs quidem lenientia hoc æuo nostro vsurpata, pro ijs ichoribus educendis inueniuntur adminiftranda. Verùm si eopiosi fuerint ichores præsertim acres, mordaces, simulque vleerosi, non correctique à pituita naturali, vel

C à vitrea, vt ab eorum freno, tunc sanè epiceraufticis, à Galeno appellatis, vbi de lacte egit, contemperandi incrassandique sunt, & obtundendi. Nam Hippocrates vbi *interdum verò ex cruribus vlcera erumpunt, & hæc quidem sanescunt, alia verò exoriuntur, color niger est, cutis tenuis, &c. Dato etiam ad purgationem per inferiora lactis asinini eocti heminas octo melle affuso. Lac bubulum, si tempus ferat, quadraginta diebus mane quoque lactis bubuli heminas duas bibat, tertia aqua mulsæ parte etiam interpositis diebus ammixta.* Ibi enim ad tenues, acres, mordaeesque, ac vleerosos succos attrabilares educendos, contemperandos, nec non pro refrigerando, ac humectādo toto corpore, ac hepar, ne amplius regignet hunc humorem vlcerosum immo probum sanguinem, eam eurationem instituit. Vt etiam Gal. alijs in locis Hippoc. adnotauit. Cæterùm eandem eurationem obseruare tenemur in humoribus rectè curandis, quorum cum Hippocrates meminerit, ait. *Et quibus quidem acuti, acres, & Aeruginosi humores instant, qui nam furores, & vlcerum thoracis laneinationes, animique abiectio inde oriuntur, neque priùs hæc quiescunt, quàm emaciati, defecti, & alijs permixti fuerint,* tametsi *multis, varijsque modis concoqui permutari, tenuari, & in humorum naturam crassescere possunt. Ideò in istis & indicationes, & temporum numeri magnum pondus habere mihi videntur,* ait Diuinus senex. Verum perpende per vomitum mordaces succos, auxilio aquę mulsæ abstergentis educi posse: vt ait Hippocrates, etsi quando que validiori medicamento etiam euacuari possint illi succi.

D

Margin notes:
2. De diff. feb. c. 10. & 2. de nat. l. fac. cap 9. & 6. epid. com. 3. cōt. 38. & 8. de decretis Hipp. c. 5.
2. De nat. fac. c. 9. & locis citatis
2. De vic. rat. in m. ac. cont. 44.
6. Epid. cap. 3. cont. 18.
Ibidem.
4. De tuen. san. c. 4.
6. Epid. c. 2. cōt. 18. & 1. epid. com. 3. cont. 74.
Ijdem locis.
Ijdem locis & 4. epid. com. 3. cont. 5.
4. De tuenda sa. c. 4. & de atra bile c. 4. & de constit. artis medicæ c. 19.
4. De vict. rat. in m. a. c. 27. Hipp.
2. De sim. med. fac. c. 13.
De internis affect. 185. in fine.
4. De vict. rat. in m. ac. c. 7. & c. 29 & cont. 31. & alibi.
De prisca medicina 23.
2. De vic. rat. in m. ac. t. 100.
Eodem li. t. 312
Coheret. Ichorum natura.
2. De com. med. 5. li. c. 7. & 8. de dec. Hipp. c. 5.

CAPVT XI.

Decima humorum differentia patefit, quæ potentia passiua mobilis est, auxilio detergentium præsidiorum mitissimè educenda.



Vmoribus tenuibus in valde, ac vehementer magnis morbis, existentibus; alunm subducentibus remedijs, purgandis tractatione iam expedita: Superest ergo q aliorum humorum, qui pituirosi adsunt, per cruditatis modum à ventrieuli viciata chylificatione, exorti: in primis quidem venis, mesentereo, pacreo, & circa hepar, & circa lienem subiacentibus partibus existentes, doctrinam aperiamus. Quoniam eorum humorum sanè, qui frigidi, humidi, crassi, ac lenti habentur, circa initia nedum intentio vtique cadit moderatissimè calefaciendi, siccandi, tenuandi, ac incidendi,

Margin notes:
Conexus.
4. De tuen. san. c. 5. & 13. med. med. c. 3.

dendi, humoris studio, verum etiam respectu loci, ijs humoribus affecti, omni ingenio cauere tenemur, ne in sinum venosi generis, ac etiam totum corpus ij humores rapiantur: quinimmo blandissimè per secessum educendi: Quod hercle executioni mandare tenemur, tum ijs præsidijs quę vim tantùm irritando expulsricem mitissimè aluum subducendi continent: tumque alimentis eandem vim possidentibus. Verùm enimuero, cum de hac re exactissimè dicturus sim, alio in opere, vbi de cruditatibus, specie, loco, & copia, explorandis, rectéq; curandis verba scriptis mandare tentabo (si mihi à D.O.M. tantæ vitæ decursus pro sua immensa erga me bonitate concedatur. Proinde nunc huius rei exactè non meminero. A

CAPVT XII.

Vndecima cacochymiæ differentia expenditur, quæ tum actu tum potentia immobilis est, tamen auxilio præparationis, & situs ratione facilè euacuatur.

B

QVoniam cap. 8. & 9. & 10. humores tenues tam aquosos, quàm biliosos ichorosos, nec non etiam melācholicos, ac pituitosos, vel tenuibus succis commixtos, aut coctione inchoatiua præparatos à natura absque artificiali præparatione alterantibus molita, in morborum principijs, purgandos esse, iam demonstrauimus: Melancholicos verò, ac pituitosos crassos, glutinosósq; & crudos prius coquendos, in fineque quandoque morbi educendos. Verum enim verò, quia interdum etiam crassos, viscidos, glutinosos, atque lentos, ac immobiles succos leuissima præparatione citò facta, in principio euacuare tenemur. Ideoque de ijs agendum mihi propono. Quandoquidem quando tales succi in ventriculo, siue in cauitate, aut in superficie tunicæ adherentes; ac dum tunicis infixi inhærescunt, ita ventriculum, ac eius'os infestant, ut Galenus dixerit. *Pessima autem fit affectio vbi vitiosi humores in ventris tunicas ineluibiliter fuerint imbibiti*, Vnde ventriculi coctricem vim lædunt, & motum conuulsiuum, nēpe singultum efficiunt, ac per neruos cetebrum quoque offendunt. Vnde, tum facultates principes infestant, tunque facultatem motricem afficiunt, nec non etiam medicantibus arterijs, stomacho læso, quandoque etiam cor ita vexant, vt syncopes fiant, ac mors tandem sequi valeat. Eanque sane ob causam, Hæc Galenus. *Quibus lenta pituita ventriculo est infixa, ijs priùs adhibenda sunt quæcunque hanc direcent, post deinde purgandum. Quod si ad vomendum sunt idonei non inutile fit per radiculam* raphani, succo facto *ex oximellite vomere, sin verò nec lentus humor sit, nec crassus abundè vtique fit à ptisana solius cremore vomuisse, vel à mulsa*, & ait *si verò propter viscidos, & crassos in stomacho contentos humores caput doleant, etiam hos exturbabimus, acetum mulsum in potu præbendo, oximeli dicunt. Ex hyssopo etiã & origano potionibus, & vomitu raphanis, irrigationibusque, ac cataplasmatis cardioribus.* Capite verò 12. lib. 7. methodi ait dum ponit ventriculum, à capitis distillatione in ventriculum descendente, læsum esse *omnium primum sanandum esse cerebrum est, ab hoc sinus ipse ventriculi vacuandus, extergendusque est, postea ipsa tunica expurganda: postremò intemperiei est medendum.* Primò enim ad partem mandantem incumbendum est, deinde ad partem recipientem. Vnde leuissima, ac citissima tantùm præparatione, eos humores educit per vomitum: Immo nulla etiam præparatione antea facta, id efficere nos debere iubet, nempe euacuare, etiam per secessum; cum dixerit, quando *pituitosus aut acidus, aut salsus fuerit, &c. Pessima autem fit affectio, vbi vitiosi humores in ventris tunicis ineluibiliter fuerint imbibiti. Quorum optimum remedium est ex aloe pharmacum, quod aliqui picram hoc est amarum, aliqui hieram idest sacrum ex aloe appellant.* Quod medicamentum alio quoque in loco proponit postea, inquiens. *Præstantissimum hoc medicamentum est ad vitiosos succos, qui in tunicis ventriculi habentur: vtiliusque est eo succo ex aqua vti duorum paruorum cochlearium mensura, vbi mediocriter, ac medio quodam modo eo vti studemus. Nam maximus eius modus, ac absolutissimus est duorum magnorum potio in aqua temperata cyathis tribus minimus vnius parui. Vtendum verò hoc tempore, & ptisanæ cremore est, qui primus à balneo sumetur.* In quo sanè præbendo pharmacō nullam succorum præparationem moliendam esse priùs statuit: Immo eos ita omnino crudos, crassos, glutinosos educere cogimur, tum quia statim illi humores educendi, valdè infestantes, magnunque singultum gignentes: etsi fluxio à capite fuerit, quæ cronicus affectus reperitur: magnus verò singultus acutus, vt vrgentissimus priùs curandus est, tanquam oris ventriculi affectus, qui sæpe cordis dolori, seu stomachi angori, & syncopi annectitur. Quocirca sicuti singultus *ob acres humores stomachum mordentes obortus vomitu desinit*; ita singultus à crassis, & glutinosis succis proditus solùm hiera simplici Galeni tectè curatur. Vnde ex quo, hic notatu dignæ sunt duæ causæ; cur illi omnino crudi humores glutinosi, ac prorsus immobiles in alijs locis existentes nullatenus tentandi euacuatione sint; in tunicis verò ventriculi, seu stomachi infixi, & annexi facilè euacuati valeant: nempe ob formationem cauam, situnque super-

Tales humores educēdi: prima autoritas.
Secunda autoritas.
Tertia auto.
Quarta autoritas.
Primò parti mādanti incumbēdū, deinde parti recipienti studendum.
Quinta autoritas.
Hiera simp. Gal. ad crassos in tunicis ventriculi annexos humores abstergēdos ac educendos.
Sexta autoritas.
Dosis eius ad duo parua cochlearea ex aque temperate cyathis tribus.
5. Apho. 2. & 3. de loc. affec. 10. & 6 aph. 39. & 5. aph. 4. & com. 7 aph. 3.
Duæ causæ cur succi crudi tenaces, ac immobiles, in alijs locis residentes, non vacuandi; in tunicis verò ventriculi euacuandi sint.

De ijs quæ purgare oportet. H. & 2. de dynamidijs c. 4.
7. Meth. c. 11. 12. & 1. ad Glau. c. 14.
2. De comp. med. 5 loc. c. 9.
7. Apho. 3. & 7. meth. c. 12. 7. de com. med. 5. locos c. 9. & 10.
1. Ad Glauc. c. 14. & 12. met. med. c. 3. & Pau. lib. 2. c. 17.
C
7. Meth. c. 12.
Idem 4. de vict. rat. in mor. ac. c. 100.
2 De com. med. sect. lib. c. 12. f. 136. H.
7. Meth c. 12.
Ibidem.
2. De com. med. 5. l. c. 9. f. 135. Q.
2. De com. med. 5. lib. c. 9. f. 135 D.
7. Meth. c. 11.
D
5 De loc. affec. 6
Ibidem.
Gal. de med. facile parab. f. 117. H. de singultu.

A superficialem, nec non quòd situs ille superficialis formationis causæ sit, ubi morantur medicamenta solutiua attrahentia à quacunque corporis parte æquabilitet, ac situs ille terminus quidē est, per quem omnis purgatio nostri corporis vniuersalis tum deorsum, tum sursum moliendą fieri debet. Nam ex Hippocratis decreto, & Galeni confirmatione, vt antea cap. 6. demonstratum est, ad finem, partis affectæ rectè curandæ indicationem à figuratione, seu formatione, à natura, & à situ profectò desumendam esse patet: A formatione itaque cauus est ventriculus, à natura verò rarus, facta comparatione cum neruorum substantia densa, & cum tendonibus, ac ligamentis. Densa enim difficiliùs recipiunt in se excrementa, tenaciter tamen recepta excrementa retinent. Rara verò è contra facilè recipiunt, non tamen tenaciter retinent: nisi in profundo situ excrementa retenta fuerint, *quanto enim profundiorem situm habuerint* partes, tanto tenacius retinebunt: In oppositum verò quo superficies rariorem situm obtinuerint, eò minus retinebūt. Ex Hippocrate enim, ventriculum cauum, ac rarum esse patet. Hinc humoribus repletum, ampliorem fieri, his verbis. *Neque enim si in ventriculo humor insit, eumque foris contineat, & singulis diebus euacuetur. Verùm eum cum in se ipso receperit, eumque vacua, & rara, ac patua penitus imbiberint, pro raro, & molli durus, & densus euadit. Istaque illi ex figura, & natura contingunt.* Quòd autem in situ superficiali tunicarum ventriculi viscosi, & glutinosi humores insint, in casu antea

Ventriculus suo situ terminus purgationū vniuersalium.
Indicatio à partis figuratione seu formatione, & natura habetur.
Ventriculi formatio, & natura.
2. Ad Glauc. c. 2.
De prisca med. ex Foes. p. 16. ex Marinel. fol. 6. part. 40.

B proposito, ac vilis, seu fibris tunicarum inhærescant, iam patentet notum est. Quocirca ipsis de causis, humores viscosi, crudi, & glutinosi facilè à medicamento tacti in ventriculo diu morante, abstergi, seu detergi, tenuari, simulque euacuari possunt: cum in eo medicamento duę facultates eodem tempore in eos succos agentes adsint: nempe & virtus alterans calefaciendo, exsiccando, tenuando, & à tunicis desicando, seu segregando, ac virtus irritandi expultricem facultatem, nō autem à longinqua parte attrahendi: hinc Galenus vbi nedum in ventriculo, sed etiam penitioribus in partibus humor biliosus fluxilis fuerit caput lædens; ait *Euacuandus item biliosus humor per absinthij cremorem, aut per aloem, & per ipsam picram antidotum per se datam, aut modica addita scammonia, vel per catapotia ex aloe, &c.* vt scammonium attraheret biliosum humorem extra ventriculum in hepatis gibbo existentem. Cum purgantia medicamenta propriè vim specificam humores educendos attrahendi contineāt. Hic autem adnota absinthij cremorem vt amarum abstengere, & sua adstrictoria facultate etiam ventriculum roborare posse. Si verò humores crudi, viscosi, glutinosique in parte non caua; sed sua natura, & formatione plana, ac in situ profundo vbi medicamentum eos humores non tangeret, vt in mensentereo prancreo, hepate, liene, ac vtero, diaphraghmate, ac in pleura, ac in musculis præcordiorum omnium, in quibus nōn

2. De comp. me. s. l. f. 196. H. ca. 13.
Idem Auic. l. 3. f. 1. t. 2. c. 13. fol. 192. C.
3. De simp. med. fac. c. 17. & 3. de simp. med. fac. c. 27. & de purgā. nū medic. fac. c. 5. & 1. de natur. fac. c. 14.
Remedia, quæ bilem à ventriculo euacuant, ex Galeno.
Absinthij cremos sua amaritudine bilem à ventriculo educit, & ventriculum sua vi adstringente roborat.

C requiritur vnicum medicamentum eam geminam vim habens: immo requiritur remediū, quod vim contineat attrahendi humores eos ad ventriculi regionem: qui priùs præparantibus præparati esse debent, tunc certè solutiua valida humores attrahentia requirerentur.

CAPVT XIII.

Duodecima humorum differentia enucleatur: In qua humores continentur putrefacti quam primum euacuandi.

His autem succorum dilucidatis differentijs, Modo hi succi patefaciendi sunt corrupti, ex quorum putrefactione non nisi morbos, & quidem magnos oriri posse omnibus, in hac arte peritis, parenter pro comperto habetur: Ideoque Galenus inquit, *Quod corruptum est, id alienum à natura est, quod tale est, id se auferendum dictat.* Et postea haber. *Quod iam corruptum est omni ratione vacuantes.* Verùm longè ante Galenum circiter sexcentis annis dixit Hippocrates. *In magna vlcerum parte inferiorem aluum purgare conuenit, tum*

Conexus.
Com. 1. aph. 47. & 11. met. med. c. 9. & 9. meth. c. 10 & 33. meth. c. 8 & cap. 30 & 23. Hipp. 4. de morbis p. 527.
Galenus.
Quod corruptū est, & à natura alienum magnitudinem morbi cacochymiā impuram putredinalemq; gigeris, educendū Hipp.

D *etiam in vulneribus capitis, & ventris, & articulorum, tum in quibus partis corruptela imminet.* Quocirca, ne dum iam corrupti, verùm etiam corrupturi humores deiectione educēdi. Aurelius Cornelius, Celsus etiam id à Galeno dictum affirmando, inquit *Si quid iam corruptum esset, expelli debere confeßus est.* Ideòque, vbi putridum, seu purulentum in aliqua parte, nondum perfectè suppurata, ibi pars excidenda, vt putridum educetur, vt ait Gal. Hinc Græci instrumentum inuentarunt, quo à thorace putulentam materiam extrahebant. Eanque sanè ob causam etiam Galenus in febribus putridis curandis obstructiones tollentia purgatoria pharmaca proponit, tum continuis, tum interpolatis: cum dixerit, *vt purgantibus indicationibus,* & alio in loco ait, *purgantibus igitur his &c.* & etiam inquit. *Quod igitur omnino alienum est, nulla fieri ratione potest, vt id naturæ suæ gratiam recipiat, sed educere id, quàm primum est tentandum, æquè certè vt, quæ in ventre corrupta prorsus sunt ea vel vomitione, vel deiectione expelli profectò est optimum.* Verùm quoniam putrescunt humores, quandoque in toto, vt in carne etiam partium, quandoque in solis venis. Proinde pergendo, ait. *Non tamen promptum est in carne, atque alijs corporibus vitiosum succum educere,* eò, quia, vt inquit Hippocrates. *Vbi carnes tanquam spongia oppleta fuerint, non amplius* dimit-

9 Meth 10
11. Meth c. 9.
Li. de vlce. sect. 2. p. 899. in Fos.
Lib. 6. c. 3. f. 7. tergo.
5. Meth. med. c. 8.
Ibidem c. 9.
4. De sani. tuen. c. 3.
Etiam corrupturi euacuādi sūt. Celsus. Galenus.
Com. 4. aph. 37.
4. De san. tuen. c. 3. modo citato
4. De morbis 518.
Corruptum in carne quomodo vacuari debeat. Hippocrates.

Galenus.

A *dimittunt, sed in se retinent, quoad ex ipsis aliquid per locum vacuetur*, nempe quousque *topica id est localia adhibendo* euacuemus *priùs tamen vniuersi corporis curatione præmissa*. Quæ sanè euacuatio per digestionem, ac vaporationem cutaneam *per meatus insensibiles &c.* quam *Græce Diaphoresin vocant*, fieri debet. Medicamentis calfactorijs blandè, ac discutientibus, digerentibus, ac per halitum euacuantibus, diaphoretieis appellatis à Galeno, pro quo rectè executioni mandando, quatuor capita conscripsit: de emplastris Diaphoreticis: primo ex sua sententia, postea Andromachi diaphoretica: Tertio Asclepiadis Diaphoretica: tandem Asclepiadis discutientia posuit; Sunt etiam alia plura medicamenta optima vtique, ad educendos eos corruptos succos: Verùm de ijs dicam alio opere vbi de cruditatibus rectè curandis verba faciam. Cum verum institutum, hic sit, de purgatione totius corporis aluina præsertim, ac vomitiua purgatione administranda succorum, qui iam corrupti vel omninò sint, vt de ijs iam dudum dictum est: vel semicorrupti sint; vel in via ad corruptionem, vt in febribus putridis: de primis iam dictum est ex Gal. quod eos euacuare potissimùm oportet per aluum, ac vomitum: tametsi quoque per alias postea educantur vias, ad quas natura sua facultate expultrice inclinet, & pro vt humor corruptus in parte affecta prorsus familiarem habeat aliquam viam: Cum exararit in febre continenti. *Ergo à corporibus, quæ sic afficiuntur expellenda, quæ putruerunt per vrinas, & aluum, & sudorem sunt, quod si ad os ventriculi aliquando sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones.* Quocirca

Ad expurgādū succum loci iz. si dignotio valde potens est.

B ad expurgandum putridum hunc humorem admodum loci obnoxij eo putrido succo dignotio confert: si nanque in hepatis gibba parte in venulis humor putruerit; per vrinam educi posset; sin in iecinoris parte caua, per aluum expurgandi sunt, cum per eam viam, ceu per viciniorē sympathiam contineat pars ea purgāda. Si verò humor ille putridus in sinu venarum fuerit, per vrinam viam egrediendi habet. Quoties verò in vniuerso corpore, per sudorem facilè egressum obtinet. Nihilominus succos prauos, putridosque habentibus commune quidem auxilium est, semper alui deiectio, maximèque in febribus putridis, in principio peracta. Quandoque verò etiam euomitio. Cæterùm amabo mihi deceat isthæc omnia penitiùs, exactiori studio recensere. *Putrefactio enim est corruptio eius, quæ in vno quoque humido propriæ, & secūdum naturam caliditatis, ab aliena caliditate, hac autem est quæ ambientis.* Vndè putredinis causa materialis humiditas excrementitia quidem est, causa verò efficiens calor externus, tum Aristotelis, tum Galeni sententia: hinc ait Galenus ipse. *Promptissimè enim putrescunt quæcunque calida, & humida, nisi difflari simul, ac refrigerari contigerit.* Proinde iure meritò inquit Aristoteles. *Sanguis, & quæ sanguinea sunt facilè putrent*, ut ea, quæ calidæ, & humidæ temperiei sunt. Tribus autem modis putrefactionem effici par est, *tum quod phlegmone omnis* per inflammationis, tumefactionisque modum fit, hinc etiam hoc modo putredo exoritur: Tunque *inculcata sunt, & perspiratu prohibita, putrescunt* dum fuligines introclusæ ignescunt, Vnde putredo fit: *Neque enim ea solum, quæ inculcata sunt, & perspiratu prohibita putrescunt, verùm celerrimè ea maximèque cæterum putrescunt, & alia multa, quæ putredini sunt opportuna.* Vt sunt ea, quæ sine prohibita transpiratione, à calido extraneo urente ualdè euaporare faciente, ignescunt, dum eorum humiditas suauis, & exhalabilis, euaporatur, manente combusto, ut in cinere est uidere, ut alibi iam disi Aristotelis mente.

Q uando per vrinam educenda materia sit.

Q uando per aluum.

Q uando per sudorem.

Aristot.

Putredo quid sit.

Galenus.

Tribus modis putredo fit.

C

Lib. de sensu. & sensil. c. 4.

Potissimū nunc de putrid s duobus prioribus modis agitur.

Verum hic, etsi de his omnibus tribus generibus putredinis educendæ intelligatur, ut cacochymia omnis horum trium generum morbi cacochymam magnitudinem efficiens, ac indicata, espurganda sit, attamen potissimum de secundo, ac postea de primo genere agitur: In quibus putredo, & corruptio humorum cum fętore facta semper adest: Quorum Galenus meminit hoc modo. *quæ inter inguinas, & alas sunt*, & putrescunt in uasis, ut febribus assiduis contingit: & *similis putredini, quæ in inflammationibus fit, & abscessibus, & alijs phymatis* vbi fit putredo in porositatibus, vel meatibus, ac denuo ait. *Possunt verò & sine phlegmone in ipsis vasis humores aliqui putrescere*: respiciens verò hanc putredinem ad febrem intermittentem comparatam, inquit *idque aut in vna particula, animalis in finibus ipsorum* vasorum *impactis*, in osculis enim venarum infisi succi putrescere incipiunt, ac extra ipsa oscula putrescere desinunt, dum in cinerulentum succum

Pu redo febris cō inentis inter inguinas, & alas est

Putredo febris intermittentis vbi fiat.

D vertuntur, ac vt fuliginosus, ac fumidus exhalatur. Postea verò eam putredinem ad febrem continuam relatam accipiendo, exarar, *aut etiam in totis vasorum capacitatibus, quæ inter bubones, idest inguinas, & alas sunt comprehensi.* Vtraque verò putredo in calore igneo ac præternaturali pungente, simulque erodente consistit, cum talis calor febrium putridarum essentia sit, qui primo cordi inhæret, deinde toti corpori diffunditur; Verum quomodo in vtroque duorum istorum putredinis generum, calor is fuliginosus, ac fumidus ad cor perueniat, dilucidat Galenus *Differunt febres ex bubone ab ijs, quæ ex putredine humorum consistunt, quæ fit aut in aliquo viscere, aut in cauis, ac maximis vasis*, subinde verò quonam modo calor is a bubone ad cor deueniat, docet *quoniam vbi febris ex bubone consistit, pars continua semper calefit, & calor quidem vsque ad ipsum cor distribuitur: Cæterùm putrida fuligo vsque ad ipsum minimè peruenit, sed ibi manet circunscripta in bubonis loco, per rationem solum continuarum partium ad cor perueniente calore.* Quomodo autem à bubone cordi calor febrilis communicatur sine communicatione fuliginum, seu fumorū, hoc exemplo explanat. *Quo potissimum modo etiam per æstum, ac per exercitationem ex partibus primo calefactis, distributio ad ipsum principium vitale, nempè ad cor, fit.* Exindè modum, quo putredo

Febriū putridarum essentia est calor igneus putredinalis pungens, erodensque cordi inhærens primo deinde toti corpori.

Quomodo calor is febrilis cordi insit ex putredine bubonis.

3. De loc. affect. c. 4.
13. Meth. c. 16.
H pp. lib. 2. de morb. 4. 48.
5. De simp. med. fac. c. 5.
6. De com. med. per gen. c. 13. & 14. & 13. & 16.
11. Meth. c. 9.
2. Aph. 22. & 4. aph. 2. & 6. aph. 22. & in li. de humor. p. 52.
11. Meth. c. 9.
11. Meth. med. c. 17.
Ibidem.
4. De tuen. sanit. c. 4.
Ibidem.
11. Meth c. 16. & de arte parua c. 89.
4. Meteo. c. 8.
Ibid. & 2. probl. 31.
Gal. 3. epid. Com 3. 1. 8
2. De diff. feb. c. 3.
3. De hist. anim. c. 19.
De inæqu. intē. c. 7.
Lib. 1. de mod. cerum.
5. De simpl. med. fac. c. 15 & 2. de diff feb. c. 9.
10 Meth c. 6.
1. De diff. febr. c. 7.
10. Meth. c. 6.
Ibidem
1. De diff. feb. c. 9.
10. Meth c. 6.
2. De diff. febr. 9.
Ibidem.
1. De diff. febr. 7.
Ibidem.
Ibidem.

tredo

A tredo venarum suis fuliginibus, suisq; fumis cordi calorem febrilem impertiat, promulgat. *Vbi aũ: putredo fuerit in visceribus, atq; magnis vasis, velnti fumus ex putrescentibus humoribus ad ipsius cordis sinus peruenit.* Postea verò vtrunq; istorum allatorum genus in tres differentias diuidendo, posteritati tradit. *Putredo autem humorum, quæ fit vasis similis putredini, quæ inflammationibus fit, et abscessibus, & alijs phymatis, duplex quidem genere est, ex permixtione autem duorum generum alia tertia varia specie existit.* Prima enim differentia, quæ etiam genus est respectu differentiæ inferioris, est vbi putredo etiam à natura cocta, superanteq; natura: Alia verò est quoties in oppositum putredo à Natura concoqui nequit, vnde natura iã victa est. Ideo primo modo magnitudo morbi cacochyma putrida fit salubris, secundo vero modo magnitudo ipsa omnino mortifera; quandoq; vero medio modo se haber ambigua magnitudo, vt inflamatorijs contingit tumoribus; Sicuti putredo venosi generis, vel toto genere præter naturam est, aut parum à statu naturali recedit, seu medio quodam modo habetur: ait enim Galenus: *Ex duobus generibus altera fit quidem superante natura: altera vero euicta. Superante quidem, vt per inflammationes, & phymatosos tumores omnes pus fit* concocta materia *in humoribus aũt venarum, & arteriarum id, quod subsidet in vrina proportione puri respondet* De alia vero media putredine superius dixerat *& mixtionis modo, quum alterum genus maioris, minorisq; ratione superet, & superetur, facilè numerari non possunt*, quæ tota in

B latitudine sunt, inter alia duo extrema genera. Postmodũ vero aliam putredinem in venis, arterijsq; genitam, in alias tres differentias secuit, dum pergendo, ait *in humoribus autem venarum, & arteriarum, id, quod subsidet in vrina proportione puri respondet. Atque hæc putredo censetur, sed etiam habet aliquid concoctionis; manente enim adhuc concoquendi facultate vasorum putrescens tum humor ad talem alteraionem deducitur. Porro alia est putredo concoquendi facultate adeo debili, ut nulla mutatio ad benignum putrescentis excrementi efficiatur*. Ea propter prima differentia huius putredinis mediocris introspicitur, cum aliqua coctione, & etiam cum facultate concoquente, vt concoctura reliquam putredinem; tamen prius, aliquo solutiuo, cacochymia ea putrida, maiori ex parte, educta: vt exinde, succus, qui in via est ad putrescendum, incidentibus, detersorijsq; præsidijs cohibeatur, ne putrescat. Secunda vero differentia est, omnino, totoque genere præter naturam, nihilominus ex parte valde imbecillis facultatis coquentis; etsi alia putredinis ipsius differentia quoq; sit, toto genere præter natutam ab humore prauo vndique, non extremè facultate coctrici prostrata, vt in alia differentia accidit, immo tantum valde imbecilli ipsa coctrici: Cuius Gal. meminit, hoc modo. *Interdum autem facultas ad extremam debilitatẽ minime deducitur, sed humor extremè prauus existit.* Interdum vero vt dixi *illa extremè debili* facultate coctrici præsente *quanuis putrescens humor sit modicè*, non autem prorsus *prauus*. In ambabus autem his differentijs caco

C chymia vtrique magnam morbi vim cacochymam parit: Hinc educenda esset, verum cum tunc coctrix facultas admodum imbecilla clarè conspiciatur, vnde nec etiam expultrix est valida. Ex quibus; putredinis vasorum tres differentias habemus. Prima enim mediocris est, quæ contingit in plerisq; quoties in magni morbi exordio cacochymia partim educta fuerit. Quam putredinem, & concoctionem *esse diximus in vnam speciem puri similem semper ipsa mutatur* quia in cinerem succus coctus vertitur puri similem, *& colorem* album, *& consistentiam* leuem *& odorem* parum fœtidum obtinet. Secunda differentia habetur, si succi toto genere præter naturam sint, etsi nõ prorsus coctrix virtus infirma sit; hæc autem euenit maximè vbi in morbi initio cacochymia purgata non fit, ex quo incurabilis morbi magnitudo fit. Tertia vero differentia est vbi cacochymia parum à statu naturali recedit, sed omnino virtute coctrici profligata; in qua certè, à virtute cacochymiæ eductio, non permittitur agenda; immo quòd nec etiam alterantia valde frigida conueniunt; tunc enim longè magis virium dignitas vrget, alimentis solum seruandarum, quam morbi magnitudo cacochyma curanda. Cæterum de putridi succi secundæ, tertiæque differentiæ, colore, consistentia, & odore, ait *huiusmodi excrementi putredo neq; colorem, neque consistentiã, nec odorem habet vnum: Sed putrescens humor semper secùndum substantiam permutatur, ac variatur,* in cruditate, & coctione maiori, seu minori, ac ita etiam secùndum mutationem variam substan

D tiæ, quoque accidentia, nimirum, color, consistentia, & odor variatur, secùndum magis, & minus, vt in vrina apparent, vt signa diagnostica cruditatis, siue coctionis succorum in venis, ac arterijs putrescentium. At vero hic perpende, putredinem in his vasis humorum putridorum duo genera possidere, sicuti vel ad succos putrescentes, aut ad coquentem facultatem, putredo ipsa à Galeno refertur: Quæ duo genera sex differentias continent: cum tres vtrunque genus differentias possideat. Quandoquidem succi putridi, vel toto præter naturam genere inuenitur, aut à statu naturali parum recedunt seu medio quodam modo inter has duas differentias se habet. Similiter coctrix virtus, hos succos coquens, aut vincens cõspicitur, seu victa iacet, siue medio quodam modo nec vincens, nec victa, sed anceps altercat. Et hæ simplices succorum putrescentium differentiæ introspiciuntur. Ex quibus nouem compositæ emergunt differentiæ. Nam succi putrescentes toto præter naturam genere sint, vel cum virtute coctrici superante, aut superata, aut ambiguè coquente. Prima enim differentia tantum adest, vbi succi toto præter naturam genere, maiori ex parte vacuati fuerint, manente eorum parua quantitate; quos coctura est facultas coctrix valida; etsi differentia hæc non sæpè accidat. Secũda verò differentia euenit, quoties à mor-

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Quomodo calor febrilis cordi ad hæreſcit, ex putredine i venis genita.

Prima generis putredinis tres differentiæ.

Putredinis bubonis prima differentia & secũda ac tertia.

Quæ nam magnitudo morbi cacochyma sit hac differentia prima, secunda, ac tertia.

Putredinis in venis & arterijs factæ tres differentiæ.

Prima differentia.

Secunda differẽtia.

Quæ bipartitur. Vnde tres differentiæ sunt.

Quæ nam morbi magnitudo cacochyma ex qualibet istarum differentiarum oritur.

Prima differentia quando habetur.

Galenus.

Secunda differẽtia quomodo fit

Tertia differentia quando fit.

Putredinis secũdæ ac tertiæ differentiæ succorum putridorũ color, consistentia & odor vario modo.

Putredo in vasis duo genera.

Ac vtrunq istorum genus tres habet differentias.

Quæ differentiæ simplices sunt succorum putrescentium.

Ex ij sex simplicibus differẽtijs nouem quidem aliæ compositæ differentiæ apparent.

Prima differentia composita.

Secunda differẽtia composita.

Tertia differentia composita.

bi principio humores ij nihil educti sint, nec venæ sectione, nec alui purgatione. Tertia autem differentia cõtingit sæpius, etiam si in morbi magni exordio, his narratis præsidijs vsi fuerimus. Verum à prima differentia morbi magnitudo cacochyma fit curabilis, cacochymiæ eductione molienda. A secunda vero differentia, magnitudo omnino morbifera incurabilis; A tertia vero differentia, magnitudo, curabilis difficilè, & ambigua oritur: Aliæ autem tres differentiæ ex humoribus putrescentibus, à naturali statu parum dissidentibus, consurgunt eo, quia vel hi succi à coctrice virtute vincentre reguntur, vel ab ea victa gubernari nequeunt, vel ambiguè, ac difficilè coquuntur. A

Quarta differentia composita. Quinta differentia composita. Sexta differentia.

Quarta enim differentia oboritur, si praui humores prius educti fuerint, mox fere benigni manserint, quòd per sæpe intuemur. Quinta differentia vero inspicitur quoties aliquod prauissimum symptoma, vel error externus admodum grauis contigerit, coctricem vim profligans. Sexta vero differentia euenit, vbi vires naturaliter imbecillæ sint, vnde licet succi putrescentes à naturali statu non valde distent, attamen cum virtus coctrix vt imbecilla, anceps, ac difficilè coquat, ex quo etiam hi succi rursus generãtur. A quarta vero cacochymia morbi magnitudo cacochyma quidem facilè curabilis emergit. A quinta vero differentia magnitudo incurabilis. A sexta autem differentia magnitudo fit difficulter curabilis, curatione epicrastica. Sed aliæ tres pariter differentię ex succis putridis medio quodam modo inter toto prẹter naturam genere existentes, & à statu naturali parum recedentes succos; quia septima differentia habetur, dũ hi succi à virtute coctrici superante reguntur. B

Septima differentia. Octaua differentia. Nona differentia.

Octaua autẽ erit, quoties hi humores, à facultate coctrici prorsus prostrata, non coquantur. Nona vero scatet, vbi hi succi, à vi coctrici medio quodam modo se habente, inter facultatem vincentem, & victam. A septima autem differentia morbi magnitudo cacochyma curabilis exurgit. Ab octaua autem incurabilis oritur magnitudo morbi. A nona vero ambigua conspicitur morbi magnitudo cacochyma. Quocirca humorum in venis, arterijsque putrescentium, hę quindecim principales apparent differentię; ex quibus alię non principales innumerę scatent differentię.

Venarum & arteriarum putredinis quindecim differentiæ. Primum notandum. Vbi valde & vbi blandè purgandum in putridis humoribus. 2. De vict. rat. in m. a. t. 30. & 40. & 5. de sim. me. fac. c. 20.

At vero duo notatu hic digna esse inuenio, nimirum plenè cacochymiam, à magnitudine indicaram, euacuari, in affectionibus, *quæ ex humoribus sunt si particula soli sibi inseruiat, audacter euacuas*, hae tamen conditione *licet pro vt affectus suadebit* magnã eductionem agendam, *sed tamen etiam virtuti* permittenti *attentus*, si vero pars morbi magnitudine cacochyma lęsa, non sibi soli tantum, sed alijs membris inseruiat, vt ventriculus, & hepar sunt, quę duo officina sunt alimenti cuiuscunque corporis partis nutriendę: quę à valida purgatione imbecillia redderentur, iactura cuiuslibet partis alendę. Proinde blandè hęc viscera purgãda sunt. 7. Meth. c. 13.

Primæ differentiæ succi semiputridi curatio. Humorum alteratio. Adæquatio ab Arte. Coctio à Natura. Depuratio.

Prẹterea aduerte post euacuationem *vel secta vena, vel ventris euacuatione* molitam *ptisanæ cremor præbendus*. Sed quoniam in prima putredinis, à Galeno posita differentia, succi dum putridi penitus educti sunt, manent semiputridi, qui curãdi sunt, quomodo igitur id fieri debeat nos docet Gal. sic *cum in viuente corpore putredo concipitur, quod tum alterare*, refrigerando, & bezoarticis siccantibus exsiccando, simulq; incidentibus, detersorijs, & aperientibus obstructiones adimendo *potest, tum concoquere* calidi innati coquentem facultatem robustam reddendo, tũ alimentis optimi succi, facilis digestionis, & minimi excrementi, tum loci affecti roboratione, simulq; eius caloris excitatione, *tum vtile reddere* depurando aluinis subductionibus leuioribus, vel alijs putridorum coctorum, & adęquatorum excretionibus congruis *quicquid putrescentium, veluti semiputrescens, semimalumq; est, vtiq; facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans, firmansq; quæ putrescentia sunt sanabis*. C 11. Meth. c. 9. Ibidem.

Totius corporis transpirabilitas seu raritas, vel balneo aut alijs enti admotis præsidijs agenda. In febre ardentissima frigida tum potio, tum natatio ad putredinem. In febre mediocri frigida actualis non conueniunt, sed rarefacientia.

Ad eos autem succos curandos etiam ea, quę totum corpus rarefaciunt, ac transpirabile reddunt, laudat, *vel balneo* id fiat, *cum fiducia* adhibito, *vel ijs, quæ habitum rarefaciant, medicamentis vtimur*. Et pro potu *vel aquam frigidam, vel vinum bibendum damus*, redditq; rationem exhibitionis vini *cum notas humorum coctionis cernamus*. Ibidem. De frigida verò tum potione, tum natatione agit, & primò in febre ardentissima viribus validis. *Ergo si & vires valentes cunctæ sint, & febris ardentissima, & coctionis notæ planè euidentes, frigidam homini dare audacter debebis: constat namq; talem senem non esse. Quo si etiam bona corporis habitudine sit, tum status cęli calidus, & siccus, etiam si in frigidam actu natationem hunc dimittas, haudquaquam lædetur.* Ibidem. Postea in febre mediocri, & viribus non validis, notis tamen coctionis apparentibus *At si mediocris est febris, & vires non validæ sed cum notis coctionis, ijs, qui ita se habent, balneum* aquę dulcis tepidũ *prodest & vini potio; tum verò ex vnctionibus, quæ rarefaciunt, idq; multo magis cum ambiens est frigidus. Neq; enim aut frigidam in balneo lotionem, aut frigidam potionem in eiusmodi cæli statu, &c.* D Quam sanè ob rem dixerat *corruptio humorum contemperamentum exigit*. Ideo pro succorũ semiputridorum contemperamento hęc omnia statuit. Com. 6. aph. 47. Hipp. etiam in febre vehementer acuta, & ardenti cum dolore thoracis inflammatorio. *Per initia cum sic habuerit is curandus est Betis aqua frigida imbutis, et corpori adhibitis, corpus quidem refrigeratum, recenti præcipuè dolore, aut lintea aqua frigida intincta. & aspersa, &c.* De internis aff. 554. Verùm balnea hęc ab Hippocrate administrata in morbi initio fuerunt ad corpus rarefactum densandum si verò pro refrigerando, seu rarefaciendo, balnea, seu vnctiones assumantur; tunc solum in declinatione, corporeque toto expurgato, competunt; vbi nos admonet. *cæterum vbi magnitudo febris obstat sicuti in continentibus, nec vino est vtendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciant, vnctionibus, sed aqua frigida, sicuti prius diximus, pota in his febribus est aptissima, nisi tamen aliquid eorum quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat.*

Galenus. 11. Meth. c. 10. & 12. meth. c. 9.

A *beat.* Hæc autem pro Cacochymia putrida morbi magnitudinem gignente educenda, seu tollenda, satis dixisse volo.

CAPVT XIV.

Numquid in acuti, & magni morbi incremento vniuersali leue leniens exhibere deceat.



Æterùm maximum quidem dubium mihi fecessit; An in acutorum vniuersali incremento morborum, pro minorandis putridis humoribus, exhibere conueniat leniens leue refrigerans. Quādoquidem ex vna parte video: Medicos Primates hic Venetijs optimo cū ægrotantium euentu, tali tempore, vbi symptomata sæuia, vehementiaq; sunt, in morbis acutis, ac magnis, pſertimq; in febre cacoethe, ægrotātibus leniens leuissimū ex dracm. 3. aut 4. flor. cas. nou. extractę addita 3 1. pulpæ tamarindorū cum sem. citri scrup. 1. præbere, tēpore declinationis accessionis, vt eius opus remissionis tēpore, priusq̄ noua superueniat accessio, efficiat; dū alimētum quoq; dare volunt: Ac isti dicunt ad primas vias ab excremētis liberādas: Ac ita tutò, eo lenīēte
B vtuntur, etsi materia in ebulitione inter inguinas, & alas, in magnis venis putrescēs motu suo, ad vniuersū corporis habitū, ac ambitū accedere p cutē inclinauerit, in papularū, seu exanthematum efflorescentiū forma scatens. Tametsi rōnabiliter dici possit in casu tali humores, q̄ à venis magnis mouētur, ac ad cutē puenerint, si rursus retrocesserint, ac introcesserint ad venas magnas, tūc procul omni dubio recrudescerēt, ac impedimento essent motus naturæ iudicatorij critici, qui talis sēper, est, quatenus à profundo, ad altū, & à partibus nobilioribus ad cutē defectā, ac ignobiliorē fit: Vnde quoq; enęmata acria tūc admouenda nō videntur, ibi.n. tantū lauatiui clysmi cōgrui apparēt. Ex alia vero parte, plures rōnes in oppositum vidisti c. 7. istius libri; Vltra q̄ ēt Gal. in augmento vniuersali præter cæteras rationes allatas, ait, quia *vis animalis maxima ex parte eo tempore vigoris seu augmenti prope vigorem defatigata est, etsi fortes essent vitalis, & naturalis.*

Medici Venetiarū in morborum acutorum augmēto leuia lenientia præbent.

Nocumēta à talibus lenientib. quæ effici possunt.

Recrudescere & iterum malum fieri vt Hipp. de fra. t. 96 & Hip. etiam li coachā. cap 88 3. & 889 in Foes.

In leniente exhibendo in augmento prope statum vniuersalē, vis animalis vltra vitalē vim, respicienda.

CAPVT XV.

Dubium allatum dilucidatur ac soluitur, ex Hippocrate.



C Ro istius aūt ardui quā maximè dubij solutione. Primo aduerto, in febre acuta, ac magna putrida, maliq; moris q̄ non modo humor biliosus actuitatis rōne, vt prędominans est, verùm ēt vbi sanguis ichoroides excrementosus est, acer, mordax, ac effrenis, *prauam, ac tenuem humiditatem mordacē, & erodentē continens*, qui in vasculis sanguinatijs existens cum terrore perturbatos, vigiles, delirantes, phreneticos, & furiosos ægros, itemq; timidos efficit. Insuper perpende, q̄ in tali febre putredinali, humor penitus putrefactus, ac in cinerem conuersus, si in corpore copiosus ex pluribus accessionibus genitus fuerit collectus, nouā putredinē, seu nouū calorem putredinalem, ac febrilē, & ingentē producere valet, quatenus causa efficiens est putrefactiua alterius humoris putrescibilis, vt ex ijs Gal. verbis elicio. *Sed si non antea natura quodammodo excernat veluti cinerem vehementer assatorum humorū hic permanens in corpore, & calescens putrem quandā recipit affectionem, idq; quoties ei accidit feruendo excitat febrem, à qua rursus excuniēte sudore pariter cum eo, quod ferbuit atræ bilis euanuit: tum rursus aliæ reliquiæ feruentes, rursus alterā excitant febrē.* Per atram bilē.n. putridum sanguinem vnà cum bile, & pituita putrefactum, ac in atrā bilem, non aūt in pus cinerulentum conuersū quæ tandem omnino putrefacta veluti pus fit intendit. Putridi.n. humores in cinerem vertuntur, ait Gal. quæ cinis est *in partibus vero inflammatis pus est; in ipsis aūt sedimentum vrinæ*, & ait ēt, non modò per sudorem eā euacuari, vt iam dixit: cum per insensibiles habitus ēt euacuetur, inquiens. *Atq. hic vigor eccessionum, vbi fuliginosum excrementum expirationes, & contractione arteriarū natura expellit: quod verò est veluti cineritiū non perinde, quia crassum est pōt excernere, sed per insignes quosdā meatus educit*: cum ēt dixerit *feruentibus ex putredine humoribus à caliditate extenuatis, eorundem substantia, eum febres consistunt, atq; declinant in ambientem aerem dissipatur, superfluitas aūt vel exigua admodū remanet, vel nulla in crassioribus quidem humoribus pauca, in serosioribus aūt nulla.*
D In quacunq; igitur febre mali moris, vbi in massa humorali est putredo, necesse est q̄ putridi humores, ceu in cinerē conuersi, gignantur: qui sanè quoq; acres, & mordaces, & vsti naturæ summa prouidentia ad ventriculum transmittuntur, plusq; diebus imparibus, ex Hippocratica doctrina: cum habeantur hæc verba *Humor.n. in ægrotantis corpore magis imparib. diebus conturbatur, nimirū cum corpus ad ventrē humiditatē putrefactā transmittit. Per ventrē* aūt ventriculi regionē, & intestina intelligit. Hinc imparibus diebus magis irritata Natura est, maiorē quan titatem illius humiditatis, iam motę, ad ventriculum transmittere: Ideoq; diebus imparibus Antiq cathartica exhibēdo, ęgros interficiebāt: Cur aūt ad ventriculū maior quantitas putrefacti humoris, à natura transmittitur, quidem est, cū ventriculus omniū euacuationum vniuersalium corporis nostri terminus, & cloaca sit propè vmbilicū, ęquè in corporis medio loco situatū, & à quo, ad oēs partes alimētū fertē: hine ēt facillimè os vētriculi, seu vētriculus lædit: Ad rā.n. partē cinis trāmissa naturę prouidētia, vt subinde facillimè, ceu à termino euacuationis, educi valeat, nisi à natura ipsa, saltē ab arte: Qd aūt ventriculus, & primæ illæ quidē viæ terminus omniū euacuationū sit, iā patet, tū sit euacuatio vomitib. molita, tū ēt deiectionib. ac ideo à natura illa humiditas corrupta, ad eā

Hipp. & Gal. 6. epid. c. 2. t. 38. & 3. epid. c. 3. t. 74.

Com. 3. prog. t. 37.

1. De dif. feb. c. 11.

3. De præsag. ex pub. p. 7.

3. Prog. t. 17.

3. Pręs. ex pub. c. 7.

2. De diff. feb. c. 11.

4. De morbis p. 513. ex Foes.

In morbis acutis & magnis sæpe humoris biliosi, seu atri agentis sanguis ichoroides mordax, acer, effrenis & prauus socius est cerebrū lædens.

Secundum fundamentum.

Cinis humoris in febre putrefacti omnino in aliquo loco retenta causa est putrefactiua alterius noux putredinis alterius humoris si non educatur.

Cinis sanguinis in febre continenti si nocha putrida in atrāque bilem conuersi per sudorem egreditur.

Cinis sanguinis in atrā bilē tam sincinis vero aliorū humorū, ceu pus est cinerulentum.

Hęc cinis pus et sedimentum est per vrinā egrediens.

Euacuatur ēt talis cinis insensibiliter per halitum insēnsibilē

Cinis ꝗ humorū penitus factorū crassorū pauca manet, cū maiori ex parte per halitum euacuetur.

Cinis hæc quæ manet potissimum ad ventriculi regionem in augmento in statu accessionū & in declinatione à Natura trāsmittitur, ex Hippocratica doctrina.

partem transmittitur. Nam vt ait Gal *sanguinem defecare, expurgareq; semper tẽtat natura, quod vitiosũ est, ab eo secernens, tum à partibus principibus modò in ventriculũ, a. q. intestina &c.* Hinc ait Gal. *resides ventriculi, & hepatis partibus quodcunq; corruptũ est.* Hip. verò ait sicuti humores superflui in vasis totius corporis à cibo, & potu nimio in ventriculo assumpto geniti sunt; sic ẽt *in vẽtriculum, et vesicam repurgatio fieri solet*, & postea. *Vbi.n. cibi & potus in ventriculũ deciderint, corpus ex ventriculo haurit, simulq; cũ fontibus expletur. At vbi ventriculus vacuatur, rursus retro humor redditur quẽadmodum ẽt acceperat, non secus, ac ex alijs vasis in vnũ uas. Venæ.n multæ, et crebræ, alia quidẽ tenuiores, aliæ crassiores, per totũ corpus feruntur. Hæ quandiu homo viuit, apertæ sunt, & nouum humorẽ excipiunt* à ventriculo, *& emittunt* foras per eundẽ ventriculum, ceu p euacuationũ terminũ. Hinc cum medicamẽta solutiua eos humores educẽdos à quacunq. parte, ad ventriculum attrahant, stomachũ lædunt, vt Gal. ait. Ideoq; ore ventriculi læso, nunq̃ medicamentum soluens, nec venæ sectio administrandæ sunt, quin prius roboratũ fuerit os vẽtriculi. Hęc oĩa solutiua cacostomachica sunt, nẽpe stomachũ lędentia, quia solutiua ad stomachũ prauos attrahũt succos: nõ tamẽ aloes eũ lędit, eum aloes humores ad ventriculũ à longinquis partibus non attrahat; ergo vẽtriculus terminus est euacuationũ allatatũ. Per vẽtriculũ aũt (me quidem iudice) ibi intelligi debet, tota prima regio cruditatis, ad q̃, vt ad cloacã, & ignobiliorẽ partẽ satius est, vt à venoso genere nobiliori transmittatur cruditas, q̃ in venoso genere ipso maneat, sicuti ẽt *longè præstet, vt circa iecur, et primas venas* maneant cruditates, q̃ in sinũ venarum, & ad partes solidas transferãtur; tunc.n. *metuendũ, ne ad pulmones, & cor ferantur, aliquãdo ẽt ne ad cerebrũ subeant.* Verum ad ipsã ventriculi regionẽ, non solùm humorũ prorsus putrefactorũ cinis, q̃ pus cinerulentũ est, transmittitur, verùm vnà cũ cinere, alia quoq. cinis in atrã bilẽ conuersa cõmixta, vel ex pituita iã penitus putrefacta, vel ex sanguine putrefacto orta, ducitur, rõribus iam allatis; aut ex bile ipsa flaua supra modũ assata: Cuius cũ meminerit Gal. exarauit *malefica est, ac derodit partes, in quibus abundè collecta est*; amara etenim valde est, aut acida, veluti sãguinis limus. Ideo acris, mordax, corrodens, maligna, fulgentemq; calorem possidens est, in terrãq; effusa, eã fermentat, & abradit, vt ait Gal. cũ deterrima sit: Quo quidẽ fit, q̃ suo colore nigro, mordacitati annexo, si in cerebrum, aut in somnis, aut extra sõnũ fluxerit, tenebræ aĩæ rõnalis fit, suo colore, suaq; acrimonia motum, seu perturbationem aĩæ ipsius, cum terrore parit. Atrę nãq; bilis color, mentem tenebris similẽ reddendo, timorem, ac męstitiam efficit, insanias verò furiosas suo colore, & mordacitate, aciditate, & malignitate sua, q̃ atra bilis potissimũ in febribus ardentibus superassatur. Cęterũ bilis atra, q̃ à venis magnis per hepatis venulas, ad vẽtriculi regionẽ in febribus ardentibus, ac in febribus cacoethis à natura transmittitur, potiùs crocea, aut vitelina conspicitur, & amara est, q̃ nigra, & q̃ acida: q̃ sanè si nõ contẽperet partim, partimq; verò euacuetur: periculũ est, ne, iterũ ad venas magnas retrocedendo, morbus quoq. vnà cum sua materia morbifica, in ijs venis existẽte, recrudescat: q̃ fieri põt, *cũ dolores internarum partium generis venosi accesserint* cuoc.n. *bilis atræ, acriumq; humorũ biliosorum affluxiones fiunt*, vt ait Hipp. *Demorsæ aũt partes internæ dolent, demorsæq. & admodũ arefactæ venæ, tum intẽdũtur, tum inflãmatione tentatæ, ea, quæ affluunt, attrahunt.* Præterea si ad cerebrum, pulmonem, & ad cor accesserit, tunc *furores, & vlcerum, ac thoracis laucinationes, animiq. abiectio inde oritur*, vt ẽt idẽ efficere, ait Hip. *si acuti, acres, & æruginosi humores insitent*, pręter lymptomata antea relata, q̃, si ad cerebrũ attollatur, humor ille biliosus oriri possunt. Vltra q̃ ẽt post delirium, & vigilias, soporem ẽt p accidens promouere põt, quatenus nempe bilis flaua deusta suo calore igneo humorem pituitosũ liquefacere põt, ac ita eodẽ ægro, eadem quoq; hora, modò delirium, modò sopor inesse valet, vt in Hermocrate, & ægro 3. li. 3. de mor. vulg. sec. 3. t. 74. & Apollonio Abderæ contigit. In quibus morbi perniciosi erant, eũ ex cõpositione duarum materiarum crudarum vicissim contrariarũ, vt adnotauit Gal. ij morbi fuerint. Porrò aduerte q̃ in febrib. propositis, ij humores sm partẽ aliq̃ veluti cocti, ac præparati ad ventriculi regionẽ à natura transmissi, tanq̃ ad partẽ ignobiliorẽ internã, si inter partes principales, ea regio cõpatet, vbi minus mali efficere queunt, q̃ si alijs duabus sequentibus cruditatũ regionibus inessent, nec nõ ceu ad partẽ, à qua faciliùs euacuari possunt, q̃ ab alijs regionibus; Quocirca, si naturę opera non educantur; artis ope quidem eos educere cogimur aut clysmi, aut lenientis, antea narrati auxilio, & sępius quidem clysteris virtute, q̃ ẽt refrigerãdi vim habet, & qui eorũ humorum vapores, fuligines, & fumos à præcordijs, ad caput, & diaphragma rapentes, reuellere possit; etsi ẽt dũ notę fuerint summæ cruditatis, vt vrina turbata mista, & q̃ ita turbata ẽt manet, vel vrina alba, tenuis, & aquosa, & alię notę imbecillis coctionis antea, ex Gal. statutę, tunc a leniẽte pharmaco nobis abstinendũ est, extemẽra à ventriculo educente; tantumq; abstersiuo secũ clysmate vti tenemur, si eo opus fuerit: Verũ enimuero pars istorũ humorũ crassior, & magis, cinerulenta, q̃ crassa, viscida, ac lenta est cremaris leniẽtis beneficio procul omni dubio educi minimè põt, etsi adhuc periculũ sit, ne aliqua motione, aut corporali, aut animi, ea dimoueat, ac iterũ in venas magnas fluctuẽt: q̃, q̃ ẽt sua euaporatione fumida valdè diaphragma, pulmonẽ, cor, & cerebrũ assiduè lędit. Quo circa cõgruissimũ est, (vt reor) eũ humorẽ euacuare nos debere, quoties medicamentũ ijs conditionibus decoratũ sit. Nẽpe primo, q̃ eos humores crassos, ac ẽt tenues educere valeat. Pręterea q̃ solum à vẽtriculi regione eos educere possit, absq; vlla leuissima aliorũ humorũ commotione, secũdę, vel tertię, seu quartæ regionis cruditatum: Nec non etiam vim epiceraſticam mordacitatem caloris febrilis, pariterque frigidam facultatem possideat, febris ardoris contemperatiuam; similiter quòd pauca in quantitate præbeatur, cum hoc solu-

titum

Cur ore ventriculi læso nec solutiuum pharmacum exhibẽdũ nec vena secanda sit nẽpe quia vẽtriculus terminus ẽ omnium euacuationum vniuersalium.
Secunda ratio
Tertium fundamentum.
Com. 7. aph. 32.
Atræ bilis vires & qualitates & symptomata.
Quartum fundamentum.
Nota si materia ad vẽtriculi regionẽ transmissa nõ euacuetur partimq. non cõtemperetur rursus morbus recrudesceret & plura mala etiã efficeret.
Quibus ægris motus pessimi fuerunt ex bile flaua, & pituita oborti.
Quintum fundamentum.
Rõribus iam allatis, eos humores euacuare tenemur, ne retrocedẽdo morbi recrudescãt, & ne symptomata sæuia noua fiant.
Sępius vt sęuius clysmo infuso leniẽti per aluum in lecto eos humores educere debemus.
Qñdo nec ipso vti possimus.
Sextum fundamentum.
Quando bonũ sit eos humores educere leniẽti mo leniente per os assumpto.
In augmẽto febris cacoethis leniens exhibendum. his sex cõditiones habere debet.
Prima conditio.
Secũda cõditio.
Tertia cõditio.
Quarta cõditio.
Quinta cõditio.

A
lib. de atra bile c. 4.
2. De diff. febr. 1.
4. De morbis p. 506. 505. 507.
Ex Foes.
Quos purgare conueniat, art. 80. & 2. de vic. rat. in m. a. 33.
1. Ad Glauc. c. 14.
Gal. lib. de dynam. f. 20. H. & Aetius li. 3. c. 24
B
11. Meth. med. c. 3. & 4. de tuẽ. t. 5.
Com. 2. de fra. t. 33.
Com. 7. aph. 43. & 4. de sim. me. c. 2. & 3. de nat. fac. c. 10.
3. Prog. t. 27. & 2. de diff. febr. 10. & in 6. de mor. vulg. c. 6. t. 3. & etiam Hip. ibidem.
3. Prog. t. 27.
Com. 4. aph. 21. & 23.
Com. 2. prog. t. 47.
Com. 4. aph. 69.
C
1. De symp. cau. c. 7.
In 3. de morb. vulg. c. 2. t. 74.
3. De loc. aff. c. 7
Com. 6. aph. 33.
3. De loc. aff. c. 7.
4. De vic. rat. in m. a. t. 27. in Foes. verò p. 381.
De prisca med. p. 23.
In com. horum ægror. & etiam 3. de morb. vulg. com. 3. t. 24.
D
4. De vic. rat. in m. a. t. 44. vt etiã dictum hoc lib. c. 8. in ij rõne.

12. Meth. c. 29.

Sexta conditio.

A tiuum, pauca in quantitate exhibitum etiam alteratiuum euadet, in corpore diu merando Tandem q; sanguinis ichoroidis, tum vaporum omnium, fumorum, & fuliginum reuulsiuum sit ad caput tuendum. Ideo Gal. Monumentis medicinalibus has literas consignauit *oritur fluxilitas ijs quidem, quæ per sedem excerni habent, mulsa, & cibis ijs, qui ventrem molliunt, pharmacisque modicè proritare possunt; quæ enim acriori vi sunt, vitare oportet.* Quæ doctrina, vt inuenio, Hipp. est: qui ēt inquit. *Quæ ventri expurgando exhibiturus sis, ea cum mulsa propinabis.* Nū quid aūt cassia eas cunctas conditiones, sua insita natura obtineat, si ad autorum sententiam, qui huius medicamenti virtutes exararunt, confugiamus, id inuenire possumus: Auicennas etenim, de ipsa hæc verba reliquit, *est lenificatiua ventris, & educit cholerā adustā, & phlegma, & soluit sine nocumento, & absq; mordicatione adeò, quòd ipsa est conueniens prægnantibus, & soluit eas.* Mesues idē scripsit *clemēter, & innoxiè à ventriculo bilē, & pituitā purgat, sine nocumento, & excessu, caret. n. mordicatione.* Ideq; Matthæolus *est lenitiua, & ressolutiua, nec eius virtus vltra stomachū transit. Quocirca tantū stomachū purgat.* Idem quoq; Serapio de cassia, q̃ vocauit Eiarxamber, scripsit tum ex sua mente, tum ex Rasis sententia, cum itaq; sine euidenti mordicatione, sineq; excessu, & absq; vllo nocumento, ita ventriculi regionem clementer leniendo mundificet, vt ipsa sit *de tarde, & debiliter solutionē facientibus, propter quod miscenda cū ea sunt quædā ex rebus acuitatē habentibus, sicuti achase, & hyssopus.* Hine procul omni dubio nullatenus alias cruditates in vena cana existētes, seu in partibus solidis, aut in specie carnosa, agitare, aut mouere valet, & eò minùs id efficere pōt, quò ēt semper in febribus propositis, tēpore augmenti vehementis vniuersalis ℥ I. pulpæ tamarindorū, aut Mirabol. citrinorum admiscenda: quorum virtus adstringens adhuc ēt tardiorem, ac leuiorē cassiæ vim lenitiuam reddit; cassiaq; exhibita, in minima quantitate præsertim, cū tunc magis alteratiua fiat, q̃ lenitiua; & licet Auicen. dixerit, *Mundificat, & confert icteritiæ, & dolori hepatis,* tamen de iecinoris cauo tantùm intelligitur, cui annectitur chystis felea, quæ de ventriculi regione est. Vim autem contemperatiuam habet calidorū, & mordacium in actiuis qualitatibus temperatissima cum sit, ad calidum vergens, & humida in primo gradu, crassæ substantiæ, & oleosæ; hinc in ignem proiecta veluti oleum exardet, talis. n. natura epiceraustica habetur; refrigeratq; cassia comparatiuè, non aūt positiuè, nec per se, hinc *clarificatiua sanguinis, sedatiua acuitatis eius, & cholera rubra, febribus inde ortis confert, sanguinē hac ratione puriorē reddit, ac eius sanguinis, & bilis flaua acrimoniā frangit, resoluit thoracis, et pulmonis, & asperæ arteriæ phlegmones, easq; partes lenit, statimq; sedat, Intemperiemq; renū calidā tandē mitigat.* Hinc à capite ēt repellit acres vapores, fumos, & fuligines, q̄ fortassis quoq; vnc. 3. syrupi violati sol. cū ℥ I. pulpæ tamar. dissolutę cū aqua borrag. efficere possunt, vt expertus sum pluries: Verū. n. verò negandum nō est, cassiā lenitē & syr. viol. solutiuū vim aluū subducendi possidere, ob quandā, etsi mitissimā, acrimoniā, mordacitatēue sibi insitam, cū omnia, aluū subducentia talia sint, non nisi quatenus facultatē expultricem irritant, siue subacria, seu submordacia, vel subnitrosa, aut subsalsa fuerint, vt apertissimè nos docuit Gal. Brassicæ nanq; decoctum, & lentis ob acrimoniā, ius verò Galli veteris ob nitrositatem; succus aūt ostreaceę ob salsedinē, aluum mouere possunt, ait Gal. ibidē: Quocirca Hipp. & Gal. mel talem vim continere ob acredinē, melli connexam, asseuerarunt. Nā ait Gal. *quod acre & flatuosum existit in mellis est substantia: cocta aūt* aqua mulsa *tum morsu caret, tum flatu uacat: distribuitur q. meliùs, quàm per intestina descendat,* ac aluum moueat, vt cruda aqua mulsa facere pōt, vt ēt 12. meth. c. 3. dixit. Hinc si mellicratum, hidromeliùe, & apomeli, & sacharum eiusdē virtutis apomelis existens à Gal. posita ventrem subduxerint; hoc vtiq; tātum, ob acredinem eorum, etsi dulcia principaliter sint. Ergo ēt in cassia dulci negare non possumus quandam subacrimoniā adesse, qua ventrem subducere valet; attamen ita mitis ea acrimonia reperitur, vt nullā vim humorū crudorū agitatiuam (sicuti ēt mel, & sacharum) habeat: Vnde tutò cassia in proposito affectu exhiberi pōt. Nā etsi parū subacris sit qualitate: attamen substantia sua epiceraustica, & humida habetur. Ideò, ait Gal. mulsam mitè proritare posse: ideo mitè quoq; aluū subducere, & alia mulsæ similia ex Hip. mente, vt dudum ēt diximus. Speculor aūt, cum Gal. ex Hipp. sentētia 2. de sa. tu. c. 3. dixerit *laxare carnē, & mollē tactu reddere, quod aliud est, quā soluere, quæ colligata, & coacta fuere?* hinc medicamenta purgantia, vel solutiua, seu lenientia, laxatiua ventris quoq. appellantur ergo medicamenta ventrē subducentia laxatiua in molliendo ventre, & humectādo, agunt; non aūt acrimonia, seu mordacitate, vel salsedine, aut mordacitate expultricē facultatē proritando. Ac id asseuerare valeo, quia Hip. ait lacte asinino cocto ad ventrē soluendū in causone vtebatur: & Gal. in com. ait lac ob prę nimiā humiditatē aluū subducere. Ergo falsum est oīa, aluum subducentia esse debere vel acria, seu mordacia, vel nitrosa, seu salsa. Cui quidem respondeo, imò id verissimum, nō aūt falsum esse: nam laxare non est humectare, sed est carnē mollem reddere secùndum suum statum naturalem, id euacuādo, q̄ duram carnē efficiebat; sicuti per frictiones euacuatiuas id attingere possumus. At vero si lac ventrem subducere valet sua humiditate, id dispositiuè tantùm, ac per accidens facit: prout aluum humectare pōt: Ideò antiqui copiosè lac, ad hoc efficiendū propinabant vsq. ad 16. heminas. Hinc nunquam lac solùm præbebant, quinimo vnà cum lacte ipso mel, aut sal, vel vtrunq; commixtum exhibebant, vt proritando, vētrē subduceret, vt seq. c. videbis: Vnde humiditas disponit: proritās vero p̄ficit alui subductionē.

Marginal notes (left): 4. De vict. rat. in m. ac. 3. 44. & 2. de morbis 466. — 4. De vict. rat. in m. a. t. 79. — Lib. 2. tract. 2. c. 179. — Lib. simplicib. c. 6. — Lib. 1. c. 17. — Lib. de simplicibus c. 12. — 9. De simp. med. fac. 12. 13. & 24. — Idem ait Matthæolus. — 3. De simp. med. fac. c. 15. — 3. De vict. rat. in mor. ac. 26 & 30 & 4. de vict. rat. in m. a. t. 79. — 8. Meth. c. 4. — 12. Meth. c. 19. — 4. De vict. rat. in m. a. t. 79. — 4. De vict. rat. in m. a. t. 7. — 4. De vict. rat. in m. a. t. 19.

Marginal notes (right): Cassiam solutiuam has sex conditiones possidere. — De prima & secunda conditione probatur ex Auicenna. — Ex Mesue. — Ex Matthæolo. — Mesues ibidem v. ēt Serapio Rasis & Auicen. & Matthæolus idē affirmarunt. — De tertia conditione affirmatur, ac de quarta & de quinta antea satis asseuerata item de sexta. — Causa quomodo refrigerat. — Mesues ex Auer. — Ex Sylvio. — Dubium cassia, & sy. vio. solutiuus & si sua paucissima mordacitate aluum mitissimè proritēt. Nihilominus ita pauca eorū acrimonia ē, vt nullā euidentē acrimoniam contineant. — Mel mitissimè aluum subducēdi habet, ob acredinem mitissimam dulcedini commistam. — Solutio. — Obiectio. — Cur lenientia, laxatiua ex Hippocrate & Gal. etiam appellantur. — Obiectionis cōfirmatio. — Solutio obiectionis & eius cōfirmationis. — Cur lac humiditate sua ventrē subducat: dispositiuè enim id efficit: Ideo lac eget aliquo acri seu salso aluum irritante ad aluū leniendam.

A

CAPVT XVI.

Hippocratis,& Galeni autoritate,experimentis,ac exemplis simulque verbis in augmento tale leniens allatum rectè,ac tutò nos præbere interdum posse,& quando,dilucidatur.

Cæterùm si Hippocrates,aut Galenus cassiam,& alia mitiora lenientia agnouissent, quæ nostro æuo in vsu sunt,cum solùm ijs Autoribus calidiora, & acriora medicamenta solutiua nota fuissent; vt scammonium, elleborus,& alia ijs similia fuerunt; proculomni dubio controuersia hæc disquirenda,simulque dilucidanda modò mihi non fuisset;cum in febre ardente,in qua *falsum nihil,neque acre exhibendum*,vt ait Hipocrates bilem, in ventriculi regione existentē, lacte asinæ cocto,purgare conueniat.*Quod*,vt ait Gal.in com.*nullam,vt non aliud vllū habeat acrimoniam,sed præ omnibus vnum humiditate exuperet,atque ob id ventrem solùm subeat.Præcoquit autē ipsum ob flatus*.In morbis inflanmatorijs;& ne dum in febre ardente, lac asinioum coctum dabat . Hippoc.& ad hanc intentionem aquam mulsam coctam aqueam præbebat sed etiam alijs morbis inflammatorijs,lac asininum coctum copiosum t.29. & ait Gal. in commento . *Neque admiratione sit lactis copia. cum Antiquis omnibus ita fuerit assuetum*,ergo lac ipso modo ne dum Hippocrates,at etiam alij antiqui dabant.Præterea in doloribus ventriculi regionis à spiritu flatuoso,cui admista acida,& acris bilis sit,inquit Hip *Verùm si dolor non cessauerit,lac Asinæ bibendum,ut purgetur,dabis*,& Galenus in com. habet, *ob id corpus purgare oportet.Lacte asinæ vtendum præcipit,quod purgantia inter medicamenta omnia mitius,trāquillius que existit:id quoque & lacte omni humidius est,& ventrem magis subducit*. Hinc ipsius lactis serum magis quoque subducit:sicuti omne lac a suo sero vim aluum humectandi obtinet, ex quo lac vim deiectoriam maiorem, aut minorem dispositiuè habet;quatenus plus de sero,aut minùs lacti commixtum est: Ad purgandum præterea simulque ad contemperandum humorem acrem in torminibus ventris,lac asininum præbuit Hipp.Similiter in doloribus internis ventris ab atra bile,& ab acribus alijs humoribus factis partium aresactarum, & mordicatarum, ait, *ad inferiorem verò aluum, nisi per infusū subducatur, lac asininum coctum exhibeto, nec minùs quàm duodecim heminas bibat, & si virium robur fuerit plusquam sexdecim*. Quibus in locis morborum acutorum meminisse intelligit: Quocirca etiam nos in febribus ardētibus,magnis,& mali moris superiùs statutis,in eatū augumēto, instauratis viribus,adeò,vt potiùs notę appareant mediæ concoctionis,antea ex Gal.statutis possitę,quàm secus,& ad iudicationes adhibita consideratione,si non lenietur, & nisi per infusum per aluum subducatur,loco asinini lactis cocti lenientis,quod Hip.tempore præbebatur,indigentiæ cassię ope,tuto,citò,& iucundè cassiā modò iā enarrato præbere possumus, cū hęc nihil cruda peragitare valeat: Inimò cocta,& quæ recrudescere possunt,commodissimè educere queat. Exonerata nanq; præterea natura à pondere istius humoris calorem naturalem grauātis ēt validior euadit:hinc ēt ad iudicationes promptius incūbere poterit.In ijs aūt doloribus per consensū quoq. ab atra bile,acri,& mordaci, & ab alijs humoribus acribus, & epilepsia, & paraplexia fieri pōt, in quibus ēt lac eodem modo datum,laudauit Hipp.Item in morbo regio nigro atrabilari,etsi æger lienosus fuerit,prius expurgato,medicamento solutiuo valido,corpore,lac asininū,aut serum proponit,ad bilem atram educendā,contemperandāq; Idemq. in febre, à bile affirmat:sed tunc ait.*At verò ante medicamenti purgantis portionē siquis febre vexetur,mane quidē aquā mulsam aquosā exhibeto*: vt eò magis bilis euacuetur, blandeq; cū aqua mulsa ventrē leniat, & alio loco oleum,& aquā mulsam ad aluū leniendā,& lac ipsum proponit:etsi mulsam ibi præbeat ad vomendū . Pariter in morbo regio populari vocato pallido,post venæ sectionē,veratroq; deinde propinato.*Tertio verò die asinino lacte rursus deorsum aliquanto purgato*. Statuit Dinious senex Similiter in spinalis medulæ resiccatione per dies 45.lac asininū laudauit coctum, melleq; affusū. Vlteriùs in febre rigori,& capitis dolori annexa,quæ crassa ab Hip.nuncupatur,& ex pituita,vel salsa,aut acida vnà cum bile amara adusta crassa mista oritur, quæ modò viget , modò remittitur:Vnde quandoq; vsq; ad sextum quidem annum perdurat,ac ēt ad *decimum vsq; annum. Hic morbus ex solis calore,& aquæ potione oritur,Hunc igitur vbi sic habuerit* in hac febre dico Hipp.ad aluum mitissimè subducendā ait,*Lactis asinini etiam cocti octo heminas melle affuso potui dato*.Porrò cum crassi morbi,ex bile oriantur , *cūq, hepar ad septum transuersum magis explicatum fuerit, lac & serum,si anni tempus ferat per dies quinq; & quadraginta bibat* , sicuti etiam in morbo crasso ex pituita putrefacta.& salsa orto ait . *Huic ita habenti ventrem inferiorem per hyppophaes purgato postridie lacte asinino cocto aliquantulum purgato.Tertio autem die caprino cocto, eodemque modo quarto,& quinto* . Nec deest alter morbus ibidem, in quo expurgato priùs corpore,lac asininum coctum vt ventris leuiter subductiuum laudat,sicuti ēt alij Hipp.loci sunt. Nam Antiquiores Græci ob lenientium defectum,lacte,aut sero ad deijciendum vsi sunt, vt Gal.refert,vt antea quoque dixi,ac cnidij grano etiam in morbis non acutis vtebantur *tum elaterij,tū seri tum lactis*.

Magnam

Hip. & Gal.autoritate assecuratur tale leniēs præbere posse.

In acutis morbis leniens Hip. lac asininū fuit in feb ardente Ad euacuandū, atque contemperandum biliosū humorem acrē.

Lac dare ad ventrem subducendum,non modo Hipp ve rum ēt aliorū antiquorum fuit.

Idem in doloribus punctiois.

Secundus locus Hipp.

Lac ob serum,vt humidum aluū leniendam disponit.

Tertius locus.

Quartus locus

Hęc autoritas satis est ad probandum, vt in augmento morborum acutorum nisi per enemata venter expurgetur extremeтis lenientium vti possumus.

Prima ratio.

Secunda ac tertia ratio.

Quintus locus, Sextus locus.

Septimus,

Octauus. Nonus.

Decimus locus.

Vndecimus,

Duodecimus, Tertius decimus.

Com.4. de vic. rat. t. 8.& in Foes.p.381. T.7.

B

4.De vict.rat.in m.acu.t.7.

Ibidem t.5.

4.De vic. rat.in m.a.à t.503.vsq. ad 109.ex Foesio p. 383.

3.De alim. fac. c.15 & c.16.

4.De vict. rat.in m.acu.t.551.

Eodem lib t.27 28.& 29 & in Foes.p.184.

C

Eodem loco 2. de mor.in Foes. 466.

Ibidem.

De vict. rat. in m.ac.t.107.109. 110.

Lib. de intern. affect.p. 579.ex Foes.

D

De intern.affec. 560 ex Foes.

De intern.affec. p.586.ex Foes.

De intern.affec. 587.& de morb. iudic.73.ex Foes.

Eodem li.de intern. affect.588.

Pag.591.

1 De alimentorum fac.c.5.

De vict. rat.in m a.com. 2 t.4.

De salub. diæta c. 18. & 3. de alim. fac. c. 15. Ibidem 3. de alim. fac. c. 15.

A Magnam enim copiam feri, aut lactis offerebant antiqui ad aluum humectandam pro excrementorumque purgatione, vt antea ex Hippocrate vidisti: At verò mellis, & salis auxilio tum lac, tum lactis serum ventrem lenire potest, præter quam quòd lac salis, aut mellis, aut sachari ope, etiam in ventriculo minimè coagulatur; Salis itaque, & mellis quantitas congrua est, *quantū suaue citra stomachi euersionem sentietur, & quo ad gustum non offendat.* Siu salis, aut mellis, aut sachari plurimùm adieceris, ventrem quoq; magis subducere poteris. Ex his autem collige, horum Græcorum autoritatibus allatis, nos, loco asinini lactis cocti sali, seu melli commisti, cassiam lenitiuam tuto præbere posse, in omnium tum acutorum, tum cronicorum morborum incremento vniuersali.

CAPVT XVII.

Decima tertia cacochymiæ differentia examinatur: in qua euacuatio non conuenit, immo sola reuulsio, ac deriuatio; Hinc de vesicantibus rectè admouendis disputare proponitur.

B

QVoniam simplicibus rebus aliæ compositæ succedere debent res; quæ ex his componuntur simplicibus, cum itaque hactenus simplices explanatim cacochymias, ad purgationem agendam, aut non agendam, relatas: Ideo nunc eam ex his simplicibus compositam iure merito complectar cacochymiam. Quæ ex crudis, infixis, firmanque sedem habentibus, & ex alijs motu determinato ad aliquam principalem partem fluentibus componitur humoribus, in morborum acutorum vniuersali incremento, vbi hęc cacochymia magnis symptomatibus quidem cacochymam, & prauam fluentem morborum progignit magnitudinem. Quo tempore purgātibus præsidijs vtique electiuè purgare non decet, vt in humoribus, motu definito peccantibus facere expedit, veluti iam satis c. 6. dictum est: Quocirca tantùm ijs leuissimis lenientibus cap. 15. statutis vti rectè valemus, nec non reuulsionibus, ac deriuationibus, vt ex Hippocratis decretis, & Galeni confirmationibus haurire possumus: vt etiam in syncope contingit. Vnde sæpe vesicantibus vti cogimur; ex quo hic de vesicantibus rectè adhibendis in paraphrenitide, & cardialgia disputandum esse polliceor.

Hipp. lib. de humor. p. 60. 2. Ad Glauc. c. 24. & 12. meth. c. 3. & Paul. lib. 2. c. 33.

Gal. 6 epid. c. 2. t. 7. & 8. & 9. & 19.

C

CAPVT XVIII.

Quatuor symptomata magna morbi cacochymam fluentem consequentia magnitudinem esse, ex ægrotantium Hippocratis historijs narratis desumuntur.

Gal. 3. epid. c. 4. t. 5. & cont. 32. 3. Epid. com. 1. cōt. 5. & 1. epid. cont. 1. Cont. 30. 3. Epid. com. 2. t. 6 3. Epid. com. 3. t. 74.

PLura autem, ac plura symptomata acutos, ac magnos morbos concomitantia esse valent: Verùm maximè quatuor habentur, quæ in ijs morbis præseferunt, vt ex Hippocratis ægrotorum historijs exploratum habui; ac experimento comprobatum mihi est: Nam interdum corporis nostri extremitates algent, ac etiam quandoque subliuidæ fiunt; interna verò vruntur, ac sitiunt ægri vel lingua aspera, ac arida; etsi quandoq; non sitiant ęgri, vel propter animam iudicantem lęsam, aut quia ventriculi oris naturalis facultas extincta est, vt Hippocrati contigit: Verùm symptoma allatum, vel illico primo die cecidit, vt Mulieri, quę apud Tisamenum decumbebat euenit; siue secundo die, vt Pythioni accidit in Thaso supra Herculis fanum decumbenti, & Larissę caluo; Aut ęgrotationis tertio die succedat, veluti Mulieri, quæ angina laborabat, ac apud Bitonē agebat, contigit: atque Adolescentulo in Mendatium foro decumbenti. Quibus dum extremitates frigidæ erant, verùm etiam liuidæ reperiebantur; Siue die quarto incęperit, vt Mulieri cecetai vxori, ex abortione ægræ cecidit, vel die quinto incęperit, vt Philisco, in Philini vxori: Erasinoque euenit: siue sexto die incipiat, vt sileno cecidit: aut septimodie, vt Herophonti fuit, & Mulieri, quæ primum enixa in mendatium foro decumbebat, vel octauo die appareat, vt Virgini illi contigit Eurianactis filiæ, necnon Dialcis vxori, quæ in Thaso in capestribus decumbebat. Aut die vndecimo incipiat, vt ægrotanti, qui supra Dianæ ædem decumbebat cecidit Hippocrate referente; siue prope diem quartum decimum oriatur, vt in Apollonio Abderæ, & in Muliere Cyzici, quæ gemėllas filias grauiter pepererat, fuit: Vel die vigesimo, vt illi mulieri contigit, quæ in Thaso apud frigidam, aquam ægrotabat. Aliud autem symptoma quod interdum morbis acutis, & magnis

D

3. Epid. com. 1. ægro 5. 3. Epid. c. 2. t. 4. Ibidem t. 5. 3. Epid. com. 2. t. 8. Philiscus æger 2. ii. de m. vulg. sect. 3. t. 18. 2. De m. vul. sec. 3. ægro 4. t. 31. 3 De m. vul. sec 3. ægro 2. t. 20. 3 De m. vul. sec. 3. ægro 3. 3. De m. vul. sec. 3. ægro 1. t. 72 3. De m. vul. sec. 3. ægro 5. t. 84. 3. l. e m. vul. 3. ægra 14. t. 85. Li. 3. de m. vul. sect. 3. ægra 2. t. 73.

Quibus ægris Hip. primo die extremitates algebāt, interna que vrebantur. Quibus secūda die. Quibus tertio, aut quarto vel quinto seu sexto seu septimo, aut octauo die. 3. De m. vul. sec. 2. ægra 17. t. 9. 3. De m. vul. sec. 2. ægra 6. t. 3. 3. De m. vul. sec. 3. ægra 25. t. 86. Quibus vndecimo: aut decimo quarto. Quibus die vigesimo.

Cardialgia quibus primo die, seu quarto cecidit.

1.De morb.vul. sect.3. ægra 3.t. 22.

Delirium quib. ægris ab Hipp. narratis primo die contigit quæ paraphrenitis e.

3.De m.vul.sec. 3.ægra 15.t. 86.

Quibus secūdo die, aut tertio cæpit.

Vel quarto.

Aut quinto die.

Vel sexto die.

Aut septimo die cæpit.

Aut octauo.

Aut nono.

Vel ante quartum decimū aut die quarto decimo.

Sopor seu subecia quibus cœpit primo die.

In 3.de m vulg. com.2.tex.7.

Vel tertio die.

Aut quarto die.

Vel sexto die, seu septimo.

Aut octauo.

Vel nono.

Aut vndecimo.

Aut ante quartū decimum.

Vel octauo decimo.

magnis annectitur, oris quidem ventriculi dolor, seu morsus est; quem Hippocrates ob ma- A
ximum consensum, quem cum corde habet, cordis dolorem appellauit: & quem cardialgiam,
seu cardiacum affectum omnes medici vocant. Quod sanè die primo ægritudinis apparuit in
Philini vxore; in Muliere, quæ in mendacium foro ægrotabat, & in Nicodemo: Die verò quar-
to in Epicratis vxore. Aliud verò symptoma, quod sæpissimè morbis acutis, & magnis inest
delirium sanè habetur, quæ paraphrenitis dicitur à calidioribus, & mordacibus humoribus,
cerebrum lędentibus proditum Galeni sententia ex Hippocratis mente promulgata. Quod qui-
dem primo die ægritudinis cæpit, in Pythione; in Muliere ea morosa, in Phœnicetico, atque in
Dealcis vxore. Secundo verò die cæpit, in Erasino, ægro octauo libri primi de mor. vulg. & Phili-
sta, ægra quarta libri tertij de morb. vulg. sect. 2. nec non in Adolescentulo, qui in mendatium fo
ro decumbebat. Tertio autem die incæpit in Philisco, in Sileno, & Muliere trimessi fętu vtero ge-
renti, & in Cherione ægro. 5. lib. 3. de morb. vulg. sect. 1. tex. 2. Quarto verò die exordium assum-
psit in Clazomenio, in tertio ægro libri tertij de morb. vulg. sect. 1. tex. 19. in horto decumbenti: &
in ægra decima lib. tertij de morb. vulg. sect. 2. t. 7. nec non, in ægra vndecima sequenti, & in Nico
demo Abderæ; atque in Larissæ virgine: At verò quinto die initium habuit, in Dromeadaj vxo-
re, in Hermocrateque: Sexto autem die Herophonti ægro 3. libri 1. de morb. vulg. sect. 3. t. 20. &
ægro duodec. lib. 1. de morb. vulg. sect. 3. t. 29. & ægræ quartædecimæ Melidiæ nomine sortitæ:
nec non ægro 1. libri tertij de morb. vulg. sect. 3. atq; Anaxioni Pleuritico, ac tandem Cyzici Mu
lieri contingere cępit. Sicuti die septimo afficere incępit Epicratis vxorem, & ægram duodecimā
lib. 3. de mor. vulg. sect. 1. t. 9. Veluti octauo die mentem perturbare ingressum fuit Philini vxo-
ris, & Mulieris ægræ 2. lib. 3. de mor. vulg. sect. 3. t. 73. ac ægri tertij sequentis t. 74. Nono autē die
lædere cępit Euryanactis filiam: Ante quartum decimum diem mens turbata esse incępit Apol-
lonio Abderæ, & Adolescentulo Melibeæ ægro 16. lib. 3. de mor. vulg. sect. 3. t. 87. Die verò quar-
todecimo Abderę Virgo delirare cępit. Quartum autem symptoma delirio opponitur, quod ab
Hipp. sopor uocatur, & à Gal. etiam coma somnifora, & cataphora nuncupatur, & ab Arabibus
subent, seu subecia appellatur; quæ sanè propensio ineuitabilis ad somnum est ut Gal. ait, atque
sanè ex frigidioribus, & pituitosioribus humoribus prodit, in cerebrum fluentibus; siue primo
die ægritudinis incipiat, ut Oeçetai uxori contigit, & ægro primo li. 3. de morb. uulg. sect. 3. t. 72.
qui supra Dianę ædē decumbebat, & quo sympthomate diu tenebantur ægri in 3. de morb. uul.
sect. 3. tex. 16. Vel tertio die cęperit, vt in Muliere morosa ęgra 11. li. 3. de morb. uulg. sect. 3. t. 82.
cecidit. Aut quarto die incęperit, ut Dromeadai uxori cecidit. Sicuti sexto die Melidię euenit,
& septimo die Mulieri in littore decumbenti ęgrę 13. lib. 1. de morb. uulg. sect. 3. t. 30. nec nō Her
mocrati superuenit: Et octauo die Mulieri in mendatium foro ęgrotanti, ęgrę 12. lib. 3. de morb.
uulg. sect. 2. tex. 9. Nec non nono die Pythioni: Atque undecimo die Mulieri, quę apud aquam
frigidam in Thaso ęgrotabat: Et Apolonio Abderę ante quartum decimum diem. Ac tandem
octauo decimo die, ęgro in Dealcis horto decumbenti contigit. Quę sanè symptomata ab humo
ribus fluentibus promanant: Sicuti à crudis, & intrus febris prodię: Vnde ibi effectuum cōtrarię
causę adsunt, contrarięque curationis indicationes adsunt. In febris namque augmento, seu statu
existēre, ob humorum cruditatem, & ob aliquas alias causas quiescere tenemur: symptomatum
verò causa propter humorum fluxionem, illico eos euacuare humores cogimur: Verum cum sę-
pe humores illi fluentes, etiam simul turgentes sint, quatenus unà cum symptomatibus exitum
quęrentes sint, ac uires prosternent; Ideo sępe quoque eos euacuare leuiter, aut saltem nec crude
humores agitentur, eos ualidè reuellere, seu deriuare deuincimur: Quamobrem tunc humores
seorsum contrarij compositi simul, in eodem corpore ęgrotante certissimè inueniuntur. Vnde
tunc omni ingenio, ac pręsertim uesicantibus hi succi reuellendi sunt.

A

1.De mor.vulg. 3.ægra 4.t.21. 3.De mor.vulg. sect.2. ægra 12. 9. 3 De morb.vul. sect.3.ægro 10. t.81. In 3. de morb. vulg.com.1.t.5 3.De mor.vulg. sect 2.t.2. 3.De mor.vulg. sect.3.t.82. ægra 11. 3.De m.vul.sec. 3.ægro t.75. 3. De m.vulg. sect.2.æg 11.t.3. 1. De m.vulg. sect.3.ægro 1.& 2.

B

1.De m.vul.sec. 3.ægra 13 t.30. 1.De m.vul.sec. 3.ægro 10 t.37. 3.De m.vul.sec. 3.ægro 10. t.88. 3.De m.vul.sec. 3.ægra 12 t.83. 1.De m.vul.sec. 3.ægra 10. t.18. 3.De m.vul.sec. 1.æg. 3.t.3. 3.De m.vul.sec. 3.t.3 9. 3.De m.vul.sec. 3.ægro 3.t.72. 3.De mor.vulg. com.3.ægro 4.te. 1.65. 1.De m.vul.sec. 3.ægra 5 t.28. 1.De m.vul.sec. 3.ægra 4.t.22.

C

3.De m.vul.sec. 2.ægra 6.t.3. 3.De m.vul.sec. 3.ægro 13.t.86. 3 De m.vul.sec. 3.t.7. ægro 9. Cataphor. Gal. 3 prog. & 1. de dieb. decret. Gal. in 3. de m.vulg.com.1. t.3. 3.De m.vul.sec. 2.ægra 11.t.8. 1.De m.vul.sec. 3.ægra 12.t.28. 3 De m.vul.sec. 3.ægra 14.t.31. 3.De m.vul.sec. 2.t.7. 3.De m.vul.sec. 3.ægra 2.t.73.

D

3. De m vul.sec. 3.ægro 12.t.24. 3 De mor.vulg. com.3.tex.6 ægro 3. 3.De m.vul.sec. 3.t.24 ægro 1.

C A P V T X I X.

Ex quatuor recensitis symptomatibus, in duobus tantum Medici aliqui phænigmis, vtuntur: Alij autem Medici in omnibus quatuor vesicantia adhibent, & cur hoc discrimen sit, ostenditur.



Medicorum autem nostro ęuo, nonnulli pro cacochymis morborum reuellendis, ac deriuandis magnitudinibus, supranarrata patientibus symptomata, concurrentibus succis prauis, tum frigidis, ac humidis quidem sua uirtute, tum calidis, & siccis, à motu humorum tantum antispastica retractione indicata; medicamenta acria, reuulsiua, ac deriuatiua cuti admouent, quę phęnigmos, & uesicantia uocant: Alij uero non à motu solùm talia pręsidia molienda indicari rectè arbitrantur; Verū, & à frigiditate, ac humiditate, uel uirtuale humoris fluētis, uel actuale partis,

A partis, cui talia remedia calida, & sicca admouenda sunt: Eanq; sanè ob causam, illi in cunctis ijs quatuor affectibus, ægrorum bono euentu hæc medicamenta adhibent: isti verò in duobus tantùm frigidis, non autem in calidis præbent hæc auxilia quatuor de causis. Quandoquidem asserunt Medici isti, in delirio vesicantia febrem cacoethem augere: doloreque excitato vigilias fieri; crudosque humores peragitari; neque in cardialgia bilem ad stomachum ascendentem vesicantibus admotis fœmoribus euacuari, seu reuelli posse, cum inter eas partes vasorum, consensus patens haudquaquam sit.

Cur aliqui tantum in frigidis fluxionibus, & frigidis partib. vesicatia admouent quatuor rationibus.

CAPVT XX.

Quænam istarum duarum opinionum tutior sit, disquirendum proponitur: Et quænam exploranda sint, vt laconicè hanc rem introspiciamus.

B CVm multi, ac multi celebres fuerint scriptores, qui ita prolixè circa hanc arduã disputarunt controuersiam, vt toto eorum vitæ decursu ferè in hoc morati sint, parua ægrotantium vtilitate. Ideoq; cum de hoc negotio acturus sim, duntaxat ad ægrorum meorum, emolumentum perpetuo assequendum, Proinde laconicè ab hac re me expediam: huius disputationis vera dilucidatione hoc nostrũ reuulsionis, ac deriuationis cacochymiæ decorando promptuarium. Pro quo executioni mandando, primo per experimentum ex doloribus fæmororum, seu crurum, & brachiorum in Hippocratis ægris narratis, obseruationibus exploratum, integra veritate patenter inuenimus, numquid dolor excitatus, ea incommoda, ab istis viris deducta inferre possit: Inuẽto autem experimento, si per oppositũ dolor is excitatus commoda inferre valeat, subinde quæremus rationes, cur ista salubria à dolore proueniant commoda, cum Artis Medicæ experimentum à casu, seu à fortuna, aut à natura factum rationem præcedere debeat, post rationem verò, iterum experimentum, à consultu factum eam rationem confirmans subsequi debet, quousq; ex multis, ac multis experimentis inductionalibus omninò vniuersale certum, ac scientificũ rationale, simplq; experimentale, vbiq; & semper, aut frequenter, ex sua parte per se, tale, etsi quandoq; impedimenti ratione per accidens suum finem attingere nequeat: Quocirca procul omni

Modus & ordo istius controuersiæ soluẽdæ seruandus.

Rationes post experimentum à casu, seu à fortuna, aut natura rectè operante desumptũ efficatiores sunt, q̃ rationes sine vllo experimento acceptæ sint.

De loc. in hom. 41.

C dubio, nonisi hac via Æsclapiadum familia, artem medicam certam inuenit, vt lib. proprio iam demonstraui, cuius meminit Hipp. *Ars sanè Medica iam mihi tota inuenta esse videtur, quæ sic comparata est, vt singulas, & consuetudines, & temporum occasiones doceat. Firma enim tota est ars* ijs tribus experimentis allatis *eiusq; præceptiones* rationales post experimentum à casu, seu à fortuna, aut à natura factum inuentæ, *ex quibus Ars constat, pulcherrima* habentur: Quomodo quæso? primam istius artis partem certam, hoc est, victus rationem certam inuenerũt isti Antiquiores? nisi ab experimento à fortuna exploratum, à cibis iuuantibus, ac lædentibus, priùs victus rationẽ salubrem sanorum, à cibis belluinis diuidentes; postea victus ægrorum rationem salubrem, à cibis sanorum secantes: subindeq; eodem modo inuenerunt, per decuplũ magis lædere cibos solidos, quam liquidos, sorbitionibus assumptos in peracutis morbis; ijs nanq; eo experimento inuẽtis; postmodum rationes istorum indagantes cœperunt philosophari, quibus inuentis; exinde experimento à consultu habito, eas rationes confirmare voluerunt, quousq; experimẽtum inductionale, ac vniuersale certum habuerint, omnino id rationale vniuersale roborans. Quæ tria experimenta iam Gal. constituit; hoc modo. *Quod igitur experientiæ genus casu venit, huiusmodi est. Quod autem inconsulto fit, &c. At verò tertium experientiæ genus imitatorium, cum rursus in iisdẽ effectibus*

Lib. de arte & de prisca medicina.

Hipp. li. de prisca med. p. 9 & 10 Foes.

Lib. de subfiguratione empirica c. 13.

De subfigur. empirica c. 3.

D *ad ea experientia ducuntur, quę aut natura, aut fortuna, consultoue profuerint, obfuerintq;* Nam etsi, de arte empiricorum ibi verba fecerit, quam ibidem reijcere intendit, Cum Empirici isti experimẽtã, ea duo posteriora, ex singularibus fieri existimarint; contra quos Gal. insurgit eò, quia ea duo experimenta ex singularibus rationalibus infinitis pluribus, tanquam ex vniuersalibus finitis potentia confici debent; non vt ex sensibilibus infinitis, vt lib. 1. de med. certi. iam ostensum est. Experientia enim, & ratio simul duo instrumenta sunt, nobis data, ad artes inueniendas certas; quibus præsertim Ars medica veluti duobus cruribus certa deambulatione, suum iter facit. Nihilominus experientia tantum Gal. suam peritiam acquisiuit: cum experientia magis quàm ratione multa introspexerit, eò, quia experientia isthæc sensu iudicamus; quæ ratio non potest inuenire: Vnde experientia certior ratione habetur, quia sensum relinquere, & rationem quærere imbecillitas intellectus est, ait Arist. cum experientia iudex rerum euidenter apparentium sit; nõ autem ratio; ergo ratio post experimẽtum à fortuna; seu à natura habitũ, certior est; ac deinde ijs alijs duobus experimentis, certificata; quàm alia ratio sine præcesso eo experimento. Vnde certior lõgè ratio sanguinis copiosè mittendi in febre ardente, antiquis nota fuit, post experimentũ à natura, magnam sanguinis copiam, ex naribus in febre ardente transmittente, vt in historijs Hipp.

21. De simp. med. fac. c. de ouorũ fac.
8. De com. med. 5. loc. c. 8.
8. De com. med. 1 loc. 6.
6. Epid. com. 3. cont. 9.
Com. 6 aph. 31.
De ther. ad Pisonem c. 3.
1. lib. phys. 3.
6. Epid. com. 3. cont. 19.
1. Epid. statu 3. sect. 2. p. 961. in Foes. & p. 962. & 963. & 2. epid. sect. 1980. 961.

Experientia tantum, suam peritiam acquisiuit Galenus.

Experientia certior ratione.

Ratio ab experimento à fortuna seu à natura præcesso, ex hac ita certior est à illa ratione sine vllo experimento habita.

cura

habetur, quàm ratione habita sine eo experimento præcesso sensato; cum in eo experimento nullum mortuum vidisset Hip. Certiorq; ratio, Gal. nota fuit, post experimentum ex læsione à fortuna desumptum, in corporibus squalidis, aut pichrocolis in inedia contra Diatritreos. Vnde rationabiliter, in ijs, ait & in summo vigore etiam, nec non ante accessionem eos esse alendos: A fortuna autem, ex iuuamento viperarum; viperas quidem vt medicamentum ad Elephantiasin tollendam inuentum fuit: Deinde ratione istius rei, à natura viperarum exhausta; postea ad experimentum à consulto factum transitum fecit, donec experimentum inductionale acquisierit Galenus sic in reliquis rebus medicinalibus certitudo inuenta fuit; primò præcesso experimento sensato singularium, vt sensibilium; Cum Hippocrates asserat *nullum ex his, quæ sola ratione concluduntur fructum percipere licet, Verùm, quæ operis* in experimento ratione simul *demonstrationem habent*; Vnde statuit Hippocrates. *Nunc verò ægris, qui etiam extra culpam sunt, quibus calamitosa vis morbi non satis violenta esse videatur, nisi & medici imperitia se illi consociaret. Sed de his quidem hæc sufficiant deseruisse: nimirùm quod neque his solùm, quæ ratione colliguntur fidere oportet, nec etiam his, quæ sola operis ostensione. Periculi enim plena, & ad errorem præceps est assertio, quæ fit cum nugacitate. Quare & vniuersa, quæ fiunt explorata, & comperta esse debent, & circa eadem singillatim non tenuiter exerceri, si quis facilem, & inculpatum habitum; quem medicinam vocamus sibi iungere volet, &c. Animum itaque ad obseruationem vertere decet, &c.* Quocirca à iuuamento, aut læsione habita, in ægris delirio laborantibus, & cardialgia ab experimento, seu à fortuna desumpto, dolore superueniente crurum, aut brachiorum, iuuante, seu lædente, somnum per accidens efficiente, vel vigilias; humoresque ex accidenti coquente, vel recrudescente, ac peragitante; vel febrem augente, vel remittente: Nanque si dolor iuuarit excitandus quidem erit phænigmis flammula Iouis, vel Selsia, aut vrticha, aut thapsia, seu ranunculo, aut alco, vel calamincha admouendis: aut si malueris chantharidibus, &c. Sin è contra dolor talis læserit, vtique euitandus semper erit. Ergo quæso, ægros ab Hippocrate descriptos, quibus dolores superuenerunt perpendamus; nempe Herophontem, Clazomenium, Epicratis vxorem, & alios ægros.

De subfiguratione empirica c. 12. Isagog. lib. 2. ad Glauc. ca. 10. & 11. simpl. med. fac. c. 2.

Lib. præcept. p. 31.

Lib. præceptio. ex Hermanio interp. 125.

C A P V T XXI.

Dolorem phænigmis inducendum esse, reuulsiuum, ac deriuatiuum, in paraphrenitide, & cardialgia, ex Hippocratica doctrina, experimentis, rationibus, ac exemplis certa facta, demonstratur.

De vesicantibus rectè ad ponendis in delirio paraphrenitid. Ex Herophontis historia. Tria emolumenta ex doloribus crurium reuulsiuis euenisse Non ea, quæ aduersarij putarũt Primũ delirium sedatum fuit. Secundum dormiuit. Tertium somni ope in vrina coctionis signa apparuerunt. Et vrina boni coloris &c.

3. Epid. sect. 3. t. 10.



Ippocrates enim ait; *Delirium Herophonti sexto die contingere cepisse; septimo desipiebat, sub noctem ad mentem rediyt, obdormiuit. Octauo febricitabat, lien residebat, omnia intelligebat.* Et hic notatu dignissima hæc sunt; quæ pergendo, ita inquit. *Doluit ei inguem primum, secundùm lienem, deinde in vtranque tibiam dolores demigrauerunt, noctem facilem habuit. Vrinæ erant melioris coloris, & residebant, in his pauca.* Tria nanque ex his doloribus reuulsiuis, molumenta consecuta fuerunt, nimirum *intelligebat* sine delirio *noctem facilem habuit*, non autem ex dolore, (vt aliqui putant) vigiliæ fiunt, immo somnus, reuulsis humoribus à capite, ad crura, *ac in vrina*. Signa quidem concoctionis humorum infestantium apparere cœperunt, non autem peragitatio, neque recrudescentia, vt aliqui falsò existimant. Vnde Galenus in commento ait *ad vtranque tibiam dolores: Atque hæc symptomata in causa fuerunt, quam ob rem commodè noctem haberet etiam minxit vrinam coloris melioris, quæ paucum haberet, & album sedimentum*, quippe tantùm ijs doloribus reuulsiuis adeo cordis calido innato, exonerato, molumentum habuit, vt sicuti Hippocrates ait. *Die sequenti, qui nonus erat* validior iam facta natura *cum sudore est indicatus* tametsi relictis humoribus morbificis non excretis, ex quibus recidiuæ fieri solent, ait Hippocrates. *Die quinto rediyt, simulque splen intumuit febris acuta surditas iterum. Post recidiuam tertio die residebat lien, imminuebatur surditas.* At verò quoniam iterum *crura dolebant: Ideo etiam denuo nocte sudauit* hinc etiam rursus *indicatus est ad diem septimum decimum. Neque in recidiua delirauit*, causa enim huius rei quidem, vt ait Galenus, fuit. *Tanti scilicet erat discedisse, quæ molesta erant ad partes imas, vrinæ concoctio. Quare reliquias quasdam habebat prauorum humorum, quæ recidiuam quarto decimo die excitabant, à qua omninò est die septimo decimo indicatus.* Oportet ergo rationem fundare supra hoc experimentum sensatum, ac supra alia experimenta illi experimento similia, & æqualia, de quibus infra dicam: quæ ratio quidem tota opposita alij rationi aliorum Medicorum sine vllo experimento sensato desumptæ habetur. Qua ratione profectò ita exhausta, ab ineunte opera, quam huic Arti medicæ dare cæpi, statim in

quacun-

3. Epid. sect. 3. p. 986. Loco antea cit. 3. epid. sect. 3. t. 10. In Foes. verò p. 974.

A quacunque occasione delirium febri cacoethæ iunctum curandi, ad experimentum, à consulto quæsitum accessi, vesicantibus dolore cruribus inducto; explorando, an emolumenta, quæ Herophonti ceciderunt, alijs omnibus ægris meis contingerent, necne: & hoc vtique feci introspiciens eam controuersiam, tum inter scriptores, tum inter practicantes æquabiliter, pro vtraque opinione tuenda rationes veluti Achilles possidentes. Vnde ex quo, vt veritatis istius controuersiæ integritatem indagarem, hoc experimento ita me gessi, vt iuramento solemni asseuerare valeo, idem, quod Herophonti euenit, omnibus quoque meis ægrotantibus euenisse, beneficio doloris inducti, modò allato, si statim incipiente delirio moliti fuerint phænigmi, non autem in delirio vigoroso, vel in eius augmento: Fluxiones nanque illico reuulsione sistendæ; non autem fluxione iam facta, tunc enim euacuatione illius partis egemus, non autem reuulsione. Quam sanè ob rem perpetuo eo dolore crurum perpenso tum vt symptomate lædente, tum vt symptomate salubri, & iuuante, certissimè magis, magisque longè semper iuuit, quam læsit, sicuti ex Hippocrate explorante habetur, ea enim symptomata, remedia vtique salubria certa fuere, iuuantia, vt etiam Galenus in commento inquit *postea transierunt ad vtranque tibiam dolores. Atque hæc symptomata in causa fuerunt; quam ob rem commode nocte haberet: Etiam minxit vrinam coloris melioris, quæ paucum habebat, & album sedimentum. Mox die sequenti qui nonus erat, cum sudore est iudicatus. Tanti scilicet erat discessisse, quæ molesta erant, ad partes imas, vrinæque concoctio.* Eamque sanè ob causam error, certè patet illorum asserentium dolorem tibiarum vesicantibus excitatum, febrem augere, humoresque peragitare, seu recrudefacere, ac vigilias concitare; Cum totum appareat in contrarium, sensata notitia certa ita infinitis experimentis, febrem eo dolore remitti, humores crudos quadantenus concoqui; neutiquam peragitari; somnumque denique conciliari; hinc etiam ægros vtique curari; vt hercle perfectum vniuersalis rationalis experimentum inductionale certissimum iam iam exploratum penitus habuerim: Neque desunt alia, ab Hippocrate tradita experimenta, idipsum comprobantia. Quandoquidem Clazomenius. *Die quarto de nocte desipuit, Quinto cum labore omnia ingrauescebant &c. Septimo decimo iterum tenues vrinæ factæ secundum vtranque aurem tumor cum dolore, nulli erant somni, delirabat.* Cæterùm, quoniam tunc etiam postea *crura illi dolebant*, Eumque sanè ob dolorem reuulsiuum, *Vigesimo die febre liberatus est, & iudicatus, non sudabat prorsus: mente constitit:* & ait Galenus, *si adiunctas habuisset vrinas crassas, vigesimo die omnino redijsset ad sanitatem, quod dies decimus septimus sit vigesimi indicatiuus*, hinc ante quadragesimum diem, quia *vrinas reddidit crassas, Tubercula aurium residerunt. Quadragesimo die oculus dexter illi dolebat, obtusior erat visus ad*

C *statum suum redijt.* Vlterius Epicratis vxor puerpera, quarto die febre acuta cardialgia, ac vigilijs laborabat: *Vrinæ tenues subnigræ: sexta die, qua illam febris corripuerat sub nocte delirauit. Septima omnia sunt exacerbata, vigiliæ, delirauit, sitibunda, deiectiones omnes biliosæ sinceræ. Octauo die riguit, plùs quieuit. Nono eadem erant.* At vero eò, quod *decimo crura magno dolore afficiebantur.* Proinde facta humorum reuulsione *non delirauit*, ac etiam eo dolore existente *dormiuit plùs venter restitit.* Cęterùm sedato crurum dolore eo reuulsiuo, *Decimo, & sexto ingrauescebant* omnia cætera, *nocte magna cum molestia non dormiuit delirauit.* Cum autem *decimo, & octauo sitibunda, lingua torrida somnum non cæperit, multaque delirauerit:* Verùm, quoniam iterum subinde *crura illi dolebat*, quo reuulsorio auxilio quidem quoque iterum. *Ad diem vigesimum mane aliquantulum riguit, sopore tenebatur, quiete dormiuit.* Quo quidem auxilio cor, & caput ab humoribus prauis, cum exonerata fuerint; validiorque natura iam facta sit, *vomuit biliosa, pauca, nigra.* Quocirca perpetuò pro comperto habeas post crurum dolorem reuulsiuum à corde, & à capite, infestantem febrem remitti, humorum concoctionem subsequi, somnumque effici; deliriumque sedari, sicuti etiam alibi ait. *Qui insania corripiuntur, ijs dolor ad pedes soluit:* sedato verò dolore reuulsiuo ipso, delirium augescit, febris magis incalescit, humores prauiores redduntur, vigiliæque fiunt. Quarta autem historia

D apud Hippocratem habetur, Cleonactidis febre, doloreque sinistri lateris laborantis; cui *circa diem vigesimum quartum extremas manus dolor* superuenit, à quo sanè dolore deriuatiuo natura, validiorique facta *vomuit biliosa, plura, & paulo post virulenta:* hinc etiam, ac non aliunde *cuncta remissa sunt.* Adde, quòd æger *qui in Dealcis decumbebat horto, fæmur* lieni *subiectum doluit, præcordia dextra mollinsculè contendebantur, nocte non dormiuit, delirauit aliquantulum.* In hoc autem ægro cum dolor in vnico crure esset, reuellere quidem non potuit fluxionem à dextris præcordijs, ad cor, & ad caput factam: immo quòd in liene dolente, & in sinistro fæmore pariter dolente abscessum fieri videbatur, vt Galenus adnotauit, tamen eo beneficio reuulsiuo, æger ille quadragesimo die sanitati restitutus est, ac dyarrhæa, simulque vniuersali sudore iudicatus est: cum post fæmoris dolorem *sexto die recrementa nigra, pinguia, spumosa, viscosa, virulenta*, excreta fuere, natura cordis iam facta validior: Vnde subinde *quieuit mente meliùs constabat.* Ac etiam quia *genua, & tibiæ dolebat quintodecimo die.* Prætetea Adderę Virgo, *quæ in vestibulo templi ægrotabat, febris capit acuta, & ardens.* Cum

antea

Tempus vesicatoria infigendi in delirio nempe in paraphre nitide.

Nota symptomata salubria, per accidens, vt reuulsoria attrahentia à nobilioribus partib. ad ignobiliora.

1. Epidem. sect. 3. t. 20.

1. Epid. com. 3. t. 27.

In com.

Idem probatur ex Clazomeni historia.

Idipsum ex Epicratis vxoris historia demonstratur.

De iudicationibus p. 70. I Foes.

Idem ex Cleonactidis historia ostenditur.

1. Epid. com. 3. t. 13.

3. Epid. com. 1. t. 14 & t. 19.

Idē ex Dealcis historia habetur. Cōtemplatione dignum.

In com. cont. 19.

T. 15. 3. Epid. com. 3. t. 78.

Sexta historia idem cōprobās.

antea iam deliranerat, *Vigesimo illi pedes dolebant, surditas, & delirium eam deseruerunt*, A qua reuulsione facta, segregatrix cum sanguinem inutilem ab vtili iam separarit, expultrix subinde fuit causa, vt *aliquantum à naribus profluxerit*: Vnde *sudauit febre fuit liberata. Quarto, & vigesimo repetijt, redijt surditas: pedes assiduè dolebant, mente excidit: Vigesimo septimo multum sudauit febre caruit, surditas eam reliquit, restabat pedum dolor, cætera* ideoque *fuit exactè liberata* ratione doloris reuulsiui: Porrò Heropyto Abderæ. *Vigesimo multum ex naribus sanguis profluxit, menteque constitit magis, surdus quidem, sed non perinde fuit: sed febres fuerunt remissæ, &c. ad diem sexagesimum narium quidem substitit profluuium*: sicuti antea quoque aderat paulatim erumpens, *sed*, eò quia *dextera coxendix admodum dolebat*: Ideò *febresque increuerunt. Haud multo post partes inferiores omnes dolebant*. Vnde sanè profluuium ex naribus sanguinis, reuulsione à dolore molita, sedatum fuit, quod profluuium cum indicatorium esset, potiùs dolor ille incongruus fuit, quàm secus, hinc febris grauior facta fuit: Proinde *fiebat vt vel febres maiores essent,] maiorque surditas: vel hæ quidem remitterentur, alleuarenturque: Verùm* quoniam *partes inferiores, ad coxendices sitæ vehementiùs dolerent*. Idcirco etiam *iam circa diem octogesimum cuncta remissa sunt, nihil tamen destitit. Etenim vrinæ boni coloris, & copiosiores, cum subsidentibus exierunt, deliriaque imminuta sunt. Centesimo est absolutè iudicatus.* B

Septima historia idem asseuerans.

3. Epid. com. 3. t. 80.

Quatuor in hac historia notatu dignissima. Primum.

Quatuor hic autem contemplor, nempe, quod illæ dolor, iudicatorio profluuio contrarius fuit, & vt dolor coxendicus, non ita salubris est, vt dolor femorum, ac tibiarum, seu pedum est; tum eò, quòd non longè distat à corde, & à cerebro, vt femora, tibiæ, ac pedes; tum etiam quia in dolore ischiadico, non ita quiescunt, neque dormiunt ægri, vt in femorum, tibiarum, ac pedum dolore; ex quo non ita cruda coquuntur. Nihilominus potiùs iuuit, quàm læsit. Omnes autem hi ægri dolore reuulsiuo sanati fuerunt: qui dolor, vt salubris est, semper vtique supponit euacuationem aliquam in morbi principio iam factam fuisse: alioquin à maxima prauorum humorum copia omnino naturam suffocante, eo dolore reuulsiuo, saluari ægri nequeunt. Insuper dolor moderatus esse debet. Tertio is dolor moderatè, non autem vehementer attractiuus fluxionisque effectiuus adesse debet, & hoc modo reuulsiuus salubris erit; hinc eo, quia in Critone, & in Larissæ Caluo hæ tres defuerunt conditiones, proinde obierunt. Præterea cum dolor is tantum blandè reuulsiuus sit; Ideo vnius partis solum dolentis dolor vtique satis non est, immo vtrique parti inesse debet: Porro etiam si dolor vehementer attractiuus, reuulsiuusque esset, nec etiam sufficeret quidem in vnico crure, tum quia fluxionis vtriusque partis generis venosi sursum ascendentis reuulsio deorsum certè non fieret, immo duntaxat vnius partis, cruris dolentis, tum, eo quòd si etiam vtriusque partis fluxio riuelleretur, non tamen vnum crus sufficeret, ad eam totius generis venosi succorum peccantium reuulsam recipiendam, & retinendam copiam, vt Critoni cecidit. Hippocratis, & Galeni mente. Ex quibus habebis, has quatuor ratione, & experimento statutas conditiones reuulsio, salubri, & iuuanti dolori phænigmis inducto, inesse debere. De dolore autem, in cardialgia excitando, in tibijs, ac fæmoribus audiamus quæso Galenum, asseuerantem experimento, ac ratione, ac iterum experimento rationem certificante inductionaliter. *Cæterùm quod stomachum sæpe cum valenter morderetur oleum protinus dulcissimum bibitum sanauit, & iniectum totius ventris, mordicationes lenijt, & à thapsia, vrtica, & scilla in cute iniunctum sedauit: eorum mentionem* Archidamus *non fecit*. Hæc enim medicamenta calida sunt, acria, ac mordacia, tenuiumque partium: hinc etiam humores tenues à centro, seu profundo, ad circunferentiam, seu ad altum attrahunt: vt etiam de calamintha, inquit Galenus. *Trahit enim, quæ in profundo hærent ad superficiem, veluti etiam cauteria, & quæcunque medicamenta calida sunt, & acria, tenuiumque partium. Ea ratione quidam ipsam contra corporis concussiones, rigoresque per circuitum repetentes adhibuerunt: foris quidem oleo incocta, toti corpori inungentes cum frictione non segni*: humores nanque acres, mordacesque, vt biliosi sunt; in venoso genere, ac in toto corpore subsistentes, per cutim euacuati valent: tum balneis tepidis, ac vnctionibus rarefacientibus, frictionibusque validis, diaphoreticisque præsidijs externis, vt peculiariter dicam, vbi de secundæ, tertiæ, & quartæ regionis cruditatibus rectè curandis verba facere nitar. Verùm enim verò istarum sententiam complector (si syncopes non immineant superuenturæ) quia bilis in hepatis cauo residens, & cardialgiam gignens, per cutim, & per vias nobis notas educi nequit, nisi incommodè: cum hepatis cauum, ac mesentereon in prima cruditatum regione sint, neque humores huius primæ regionis ad cutem extrahendi sint, quoniam tunc tota massa sanguinea fortassis coinquinaretur, & hinc plurima sequerentur incommoda: Eamque sanè ob causam humores illi commodè tantum vomitur, ac deiectione educuntur per vias nobis notas: tametsi etiam commodè à natura per vias nobis ignotas euacuentur. At quoniam cardialgia (vt antea iam ostensum

Secundum ac tertium.

Quartum notandum, ac requirendum ad velicantium dolorem salubrè excitandum.

3. Epid. com. 3. t. 26.

3. Epid. com. 3. t. 76.

C

Ibidem.

In cardialgia, magna lipothimia imminente cui subsequitur & syncopis. & mors: vesicatis tibijs seu fæmoribus admouen do congrua esse ostenditur.

1. De simp. med. fac. c. 23.

7. De sim. med. fac cap. de calamintha.

D

11 Meth. c. 9. & c. 8. & 1 ad Glauc. c. 9. & 3. de vict. rat. in m. a. cont. 62.

4. De san. tuen. c. 15.
12. Meth. c. 3.

Lib. 3. de mot magn. c. 14.

A ostensum est) ab humoribus acribus, mordacibusque effici valet, in sinu venæ cauæ existentibus, ac in toto corpore secundæ regionis, qui congruè per cutem educi possunt, per venularum extremitates eis partibus patentes communes, vt supra dudum ex Galeni autoritate demonstratum est: Hoc autem de indicatione præseruatiua intelligendum esse reor, in methodo curatiua absolutè, à cardialgiæ causa desumpta: Si verò in cardialgia etiam, à bile flaua à cauo hepatis ascendente ad stomachum orta syncopes superuenerint, tunc sane ratione symptomatis, ob magnitudinem morbi cacochymiam fluentem, ac vrgentem, vires profligantis, ac per accidens vrgentis à prima cruditatum regione, ad secundam, tertiam, & quartam eam prauam reuellere, ac deriuare bilem expedit: Longè enim magis vrgent syncopes mortiferæ superuenturæ euitandæ, quam omnes iacturæ, quæ euenire possent, ex ea venosi generis coinquinatione, ab ea attracta bile, promanante, dum hoc genus venosum bilis ipsa occupauerit, totam sanguineam obturpando massam: Vnde ad vitam ipsam seruandam, ipso vrgentiori symptomati eripiendo primo incumbere cogimur: vt clare perspicitur: Galenus enim de animi deliquio curando, in febrium accessionibus in cardialgia ob humorum mordacitatem, seu copiam, aut ob alicuius visceris inflammationem, aut propter febris malignitatem, vel ob stomachi imbecillitatem, cum egerit nos vtique docet, in tali lipothymia in febrium accessionibus artuos, crura, & brachia validè nos calfacere, fricare, & ligare, reuulsionis, ac deriuationis gratia, vt ad imas, ac extremas, ignobilesque partes illi humores stomachum, & cor lædentes retrahantur. Nosque admonet, quòd dum vna vice lipothymia præcesserit ab acrimonia humorum orta, à quacunque corporis parte ascenderit bilis mordax, ante alias accessiones duabus, tribusue horis, reuellere teneamur calfactionibus ligaturis dolorificis, ac frictionibus: Verùm id longè meliùs siccis cucurbitulis, fieri fassus est, vbi ait *cucurbitula exhaurire materiam, imbecillo ventriculo vires restituere, animi deliquia leuare, si quæ profundas partes fluxiones infestent, eas transferre, & siccare*, & Oribasius statuit *cucurbitula verò potest capitis materiam vacuare, imbecillum, exolutumque stomachum roborare, animi defectiones remouere, quæ in profundo sunt, ad superficiem transferre, fluxiones exitare, à cataphora, id est inclinatione in somnum excitare, somnos conciliare*. Galenus verò de medicamentis acribus artubus admouendis reuulsionis causa, à capite, & à visceribus moliendæ, cum egerit, inquit *Acria quoque medicamenta artubus admota eas fluxiones retrahunt, quibus caput, aut viscera vexantur*. Idem Oribasius *Acria etiam medicamenta artubus imposita succos ad caput, visceraque vergentes, reuellunt*. Qualia sunt vesicatoria, etiam à Galeno non vt talia adhibita: Verùm inunctionibus, ac validis frictionibus strenue calfacientibus adhibita. Neque mihi obijcias, inquiens, in cardialgia, à bile flaua infestante, ab hepatis cauo fluente ad stomachum orta vesicantibus coxis admotis eam bilem reuelli non posse nisi incommodè quia, à cauo Iecinoris ad cutim, immediatus consensus, ac vicinus minimè est; Nam respondeo inter hepatis cauum, & cutim adesse consensum, etsi non vicinum, cum dixerit Hippocrates in vniuerso nostro corpore per contactum *confluxio vnà, conspiratio vna, consentientia omnia* nostri corporis; quæ sententia à Galeno accipitur, ac laudatur: hinc ait *corpus quidem totum conspirabile, & confluxile*, vt etiam alibi iam dixi, qui vtique consensus, tum per arterias, uenas, ac neruos, tum per spatia inania habetur, ut satis aliàs demonstraui: Vnde ex quo uesicantibus excitata natura ad expellendum biliosum succum, à cauo hepatis, ad cutim, Natura ipsa quidem *sibi ipsi aditus patefacit, non cogitatione*, nempe ut ait Galenus in commento *vias, ac impetus ad actiones*: quia uias nobis ignotas sibi natura parat, per arterias, uenas, ac spatia inania, ad eam bilem per cutem educendam. At uero per uias nobis notas potissimum ea bilis per cutem euacuatur, dum ipsa à iecinoris cauo primo ad hepatis gibbum, ac postea per uenam cauam in totum genus ingruit uenosum, à quo exinde facilè per carnis uenulas extremas, auxilio attractorio, ad cutis porositates D peruenire potest: ac ita facilè bilis flaua educi ualet, cum tenuis sit: sicuti è contra pituita per hanc uiam educi nequit, ut Galenus statuit. Neque denuo uerearis uesicantia, sua attractione, à dolore facta, cruda etiam in uenis inter inguinas, & alas residentia peragitari; Nam habemus Galenum ipsum asseuerantem, ubi *idem homo pariter, & lassitudinem vlcerosam sentit, & venas habet crudis succis refertas. Nam neque qui extra sunt, rectè intro reuocatur, neque qui intus sunt, foras, immò qui foris sunt, leuiter educendi per halitum sunt, si quidem quæ vehementius id faciunt, etiam eorum, quæ intus sunt, aliquid attrahunt*, ergo cum dolor is phænigmis excitatus moderatè, ac leuiter attrahat, ideo hac leui attractione tantum bilis flaua tenuissima, & fluxilissima educi potest, absque ulla crudorum sua natura immobilium agitatione. Quibuscunque igitur cardialgia uexatis, syncopes, seu lipothymia imminens superuentura fuit, hactenus quidem uesicantium præsidium continuum reuulsorium, simulque euacuatiuum introspexi remedium tutissimum, nullatenus prætermittendum. Quam sanè ob rem ita imposterum pro meorum ægrotantium utilitate, qui hoc affectu, uel paraphrenitide magna, aut præsenti, uel incipienti, seu imminenti

labo-

Gal. 12. meth. c. 3.
2. Ad Glauc. 14. Idem Aetius cõfirmat lib. 5. cap. 106. & 107 & 112. & Auic. lib. 3. f. 11. tra. 2. c. 8.

B

Et Paulus lib. 2. c. 13.
2. Ad Glauconẽ c. 14.

De cucurbitulis scarif. c. 3.
De cucurb. scarificat. & c. 17. in Gal. clas. 6. f. 3. F.

Idem 8. de cõp. med. s. loc. c. 4. ait Qui ex ingẽti fame in vijs, aut alio quopiã modo animo linquuntur: reuocabimus odoramentis acrib. & r. eorũ extremæ partes ipsorum constringendæ sunt. Ipsisq. exci tãdi sunt maxil larum punctura cum capillorũ, ac uarium distensione.
Idem ex Gal. cõprobobatur 8. de comp. me. s. loc. c. 4. vbi ait. Qui bus bilẽ acrem generantib. stomachus inflatur spongias aceto acerrimoq. calido imbutas ad stomachum impo nito, & postea, alumẽ liquidũ cum atramento sutorio trito, melle, & c. Ligaturas insuper extremorum partiz fortiter adhibe, & circa ipsũ stomachũ cucurbitulis, & fomentis varijs vtere.

De reuulsione c. a. clas. a. f. 11. D.

C

De cucurb. scarific. & c. 19. f. 4. G.
Obiectio.
Solutio.
Lib. 2. de alim. p. 362.
De vsu pulsuũ c. 2.
Lib. de tremore & palpit. c. 6.
1. Lib. de med. cert. it.
Eodem lib. de cert med.
6. Epid. c. 5. t. 1. & 2.

3. De vict. rat. in m. a. cont. 62.

Dubium.
Solutio.

4. De tuenda s. c. 6.

Concluditur ex recensitis fundamentis rectè iam institutum allatum firmũ, ac certum esse.

Ad causam finalem istius operis, denique finem imponendo redigitur.

laborabunt, perpetuo religiosa, & accurata præmeditatione, rectè phænigma allata proponam. Isthæc autem omnia, me disputasse volui, duntaxat in veritatis huius rei consequendæ gratiam: vt, hoc auxilio rectè admouendo, meis ægris maximum inferre valeam emolumentum, non autem secus; quia Medici qui oppositam manutenent opinionem, instar eorum sunt, qui in præceptoris verba iurarunt, & qui neutiquam vinci possunt, neque rationibus, neque experimentis: immo neque eadem veritate ipsa, à sua falsa existimatione dimoueri valent. A

Finis Libri Secundi.

